Tertia pe capituli. ¶ Hec est tertia pars ꝑncipalis huius capli que est narratiua: in qua remouet vnũ dubiũ tale. ga enĩ dictũ est q̃ quoddaꝫ finis est opatio: ⁊ qdã res opata: posset aliqs credere q̃ ꝓpter istã diuersitatẽ finiũ ordinent habitꝰ ꝑm dignitatẽ: ita q̃ ille habitus ꝑm dignitatẽ sit supior cuius finis est operatio: ⁊ ille inferior cuius finis est aliquid operatũ: vel ecõuerso. Istud dubiũ remouet ·Pbs dicens q̃ nihil differt supple quãtũ ad ordinẽ habituũ: siue finis sit opatio siue sit aliqd operatũ ꝑter opationẽ: quẽadmodũ supple apparet in dictis doctrinis. In artibus enĩ seu doctrinis iã enumeratis contingit q̃nq̃ q̃ finis scie superioris est operatio: ⁊ finis scie inferioris est aliqd operatus ꝑter opationẽ: ⁊ q̃nq̃ ꝓtingit ecõuerso. Exẽplũ ꝑmi. ars equestris est superior q̃ ars frenifactiue ⁊ finis equestris est operatio. ⁊ finis artis frenifactiue est aliqd opatũ. Exẽplũ scõi. vbi finis artis superioris est aliqd opatus: ⁊ finis artis inferioris est opatio. nam medicina est ꝑncipalior q̃ ars exercitatiua: ⁊ finis medicine est aliquid operatũ: vtputa sanitas: ⁊ finis exercitatiue est opatio aliqua: vt ambulatio vl purgatio. Artes igit nõ ordinant per hoc: ga finis alicuiꝰ artis est opatio ⁊ finis alterius artis est aliqd operatũ ꝑter operationẽ. nã q̃nq̃ finis artis superioris est opatio: ⁊ finis artis inferioris est aliqd opatũ ꝑter opationes ⁊ q̃nq̃ ecõuerso. ¶ Notandũ est ꝑm Eustratiũ hic q̃ apud artẽ cuius finis est quoddã opus ꝑter opationẽ eiusdem artis desiderabilius est opus: qõ intelligo de opatione ꝑcedente opus: q̃n ꝓpter ipsus opus est opatio: sed in cõparatione ad diuersas artes nõ ops q̃ cuius finis est opus ꝑter operationẽ: q̃ opus sit desiderabilius q̃ opatio que est finis alterius artis: ga felicitas que est finis totius scie moralis est desiderabilior q̃ frenũ qõ est finis artis frenifactiue. vnde videt mihi q̃ vniuersaliꝰ q̃n opatio ordinat ad res operatã tanq̃ ad finẽ tũc res opata est desiderabilior q̃ opatio: ⁊ q̃n res operata ordinat ad operationẽ illa opatio est desiderabilior q̃ res opata. Vbi gra. edificare ordinat ad rẽ operatã vt ad domũ: ⁊ ideo domꝰ est desiderabilior q̃ edificare: ⁊ domus que est res opata ordinat ad defendendus a nocitis: ⁊ ideo defendi ab huiusmodi nocitis est desiderabilius q̃ domus.

N

Notandũ O In finibꝰ aliqũ res opata aliqũ operatio nobilior est ꝑ q̃ vnũ ad alterũ ordinatur.

Capitulũ secundũ

tractatus ꝑmi ꝛclaratiũ q̃ in rebus humanis est aliqs finis vltimus ⁊ optimus: ⁊ q̃ cognitio finis vltimi est necessaria ad directionẽ humane vite: ⁊ q̃ ꝓsideratio de vltimo fine hoĩs maxime ꝑtinet ad sciam politicã: ꝓpter hoc q̃ politica est scientia principalissima.

P

¶ Igitur si quispiam rerum agendaꝝ est finis: quem nos propter seipsuꝫ: cetera autẽ ꝓpter hũc volumus: neq̃ fit vt oĩa ꝓpter aliud expetamus (esset enĩ hoc modo sine vllo fine progressus atq̃ hinc noster appetitus inanis esset ⁊ vanus.) Constat hunc talem finẽ summum bonum ipsumq̃ optimum esse.

Caput 2ᵐ ꝑmi tract. huiꝰ cap. Pria pe capituli.

I vtiq̃ est aliquis finis operabiliuꝫ quẽ ꝓpter seipsuꝫ volumus: alia vo ꝓpter illũ: ⁊ nõ oĩa ꝓpter alterũ desideramus. pcedit enĩ in infinitũ: sicq̃ esset vacuũ ⁊ inane desideriuꝫ. Manifestum quoniã hic vtiq̃ erit bonus ⁊ optimus.

Q

Istud est capl'm scõm ꝑmi tractatus seu prologi: in quo postq̃ est ostensuꝫ q̃ in rebus humanis est aliqs finis bonus intentus: ⁊ q̃ in rebus humanis est aliqs finis melior alio fine: oñdit q̃ in rebus humanis est aliqs finis vltimus ⁊ optimus: ⁊ continet istud capl'm duas partes ꝑncipales. In ꝑma declarat q̃ in rebus humanis est aliqs finis vltimus ⁊ optimus: ⁊ q̃ cognitio illius est hominꝰ necessaria. In scõa ibi [Uidebit ãt vtiq̃.] declarat ad quã scias ꝑtinet ꝓsiderare de vltimo fine hoĩs. ꝑma pars ꝑtinet duas particulas. In ꝑma declarat q̃ hominis est aliqs finis vltimꝰ. In scõa ibi [Igit ⁊ ad vitaꝫ.] declarat q̃ cognitio finis vltimi humanaꝝ rẽꝫ est necĩa ad directionẽ vite humane. ¶ In ꝑma igit ꝑticulia intẽdit ꝑbare q̃ in rebus humanis est aliqs finis vltimus ⁊ optimus. Et per hoc soluit ꝑma q̃stio huius libri. ſ. an est felicitas. Si enĩ in rebus humanis est aliqs finis vltimus ⁊ optimus: sequit q̃ felicitas est. cũ felicitas sit finis vltimus ⁊

Secũdi capitulũ primi tractatus diuisio in duas pres ꝑncipales

ꝑ^a q̃ libri soluitur.

A 4ª cõclo huiꝰ ꝑmi libri.

mus hoĩs. Q aũt in rebus humanis sit aliqs finis vltimꝰ ⁊ optimus ꝑbat. ⁊ hec est ꝛclo 4ª huius libri. ⁊ ꝑbat sic. Oĩs finis qui nõ desiderat ꝓpter aliqd aliud: sed alia desiderant ꝓpter ipsum est finis vltimus ⁊ optimus: sed in rebus humanis est aliquis finis qui non desiderat ꝓpter aliquid aliud humanoꝝ: sed oĩa alia humana desiderant ꝓpter ipsuꝫ: ergo in rebus humanis est aliqs finis vltimꝰ ⁊ optimus. maior huius rõnis ꝑz ex ꝑcedẽtibꝰ. nã si finis ad quẽ aliqd ordinat sit melior illo qõ ordinat ad ipsum: ergo finis ad quẽ oĩa alia ordinant: ⁊ ipse nõ ordinat ad aliud in illo gẽe est finis vltimus ⁊ optimꝰ in illo genere. minor declarat sic. manifestũ est ex ꝑcedẽtibus q̃ in rebus humanis vnus finis desiderat ꝓpter alium finẽ: aut igit in rebus humanis est deuenire ad finẽ qui nõ desiderat ꝓpter aliquã aliã rẽꝫ humanã: aut nõ est deuenire ad talẽ finẽꝫ. si det q̃ sic: habet ꝓpositũ: ⁊ sic habet minor. si det q̃ non: est deuenire ad talẽ finẽ in rebus humanis: deducit ad impossibile: ga sic oĩs finis: quẽ homo desiderat, desiderat ꝓpter aliũ finẽ: ⁊ p oĩs in finibꝰ desideratis ab hoĩe esset ꝑcessus in infinitũ. sed hoc est impossibile: quia tũc desideriũ hoĩs esset frustra. nã nũq̃ posset hõ deuenire ad hoc q̃ cõsequat oẽs fines desideratos: sed frustra ⁊ vane desiderat aliquis qõ nõ põt ꝓsequi: ergo si in finibꝰ desideratis ab hoĩe sit ꝑcessus in infinitũ desideriũ hoĩs esset vacuũ ⁊ inane: qõ est incõueniens. ¶ Notanda sunt hic tria. ·Primo notandũ est q̃ ·Pbs nõ intendit hic ꝑbare q̃ est aliquis finis simplr vltimus: ga finis simplr vltimus est ꝑma causa a materia separata: quã solus nãlis potest ꝑbare esse: vt patet per Cõmentatorẽ sup finẽ ꝑimi physicoꝝ: sed vltimꝰ finis quẽ ·Pbs hic ꝑbat esse: est vltimus finis rerũ humanarũ: qui ꝓpter hoc dicit vltimus finis rerũ humanaꝝ: ga nõ est finis vlterior qui possit inesse homini. vnde deus gloriosus est finis vltimus simplr ⁊ extra genus: sed felicitas est finis vltimus potens inesse vel acquiri homini. ¶ Scõo notãdũ est ꝑm Eustratium hic: q̃ vnũqõq̃ ens qõ intelligo de ente per se existẽte: sic hz entitatẽ ꝓpriã que est a forma sua per quã sibi cõpetit ens cõmune per ꝑdicationẽ: ⁊ si decidat a ꝓpria entitate vel forma: excidit ab ente simplr. ſ. ab ente in cõmuni in nõ esse cadẽs: quãdo enĩ ꝓpria forma per quã est ens corrumpit: tunc illud cuius erat forma nõ est ens. sic vnumq̃ q̃ ens per se hz aliq̃ bonũ ꝓpriissimũ ꝑm spẽm entitatis siue qõ ꝓximo appetit: ⁊ per illius subordinationem approximat vltimo ⁊ cõmunissimo bono. ſ. deo ꝑm analogiã hoc est ꝑm ꝓportionẽ ꝓpriã bonitatũ. cõis enĩ finis oĩum entiũ ꝑm q̃ entia sunt: est cõmune bonũ qõ est deꝰ. ⁊ per ꝓpriũ finẽ quẽ ꝓximo appetũt attingunt ad finem cõem qui est deus: sicut per ꝓpriã formã attingũt ad ens cõmune p ꝓportionẽ: ⁊ sicut ꝓpter defectũ ꝓprie forme res cadit in nõ esse: ita ꝓpter defectũ ꝓpry finis deficit a fine oĩum qui est deus gloriosus. ¶ Tertio est notanduꝫ q̃ desideriũ est duplex: quoddã nãle ⁊ quoddã sequẽs cognitionẽ. Desideriũ nãle nõ põt eẽ frustra nisi impediat. desideriũ enĩ nãle est a nã: ⁊ nã nihil ex intẽtione facit frustra. Desideriũ sequẽs cognẽ est duplex: qõdaꝫ impfectũ: vt velle trũ. Desideriũ pfectũ vt velle ex electione psequi volitũ. Desideriũ impfectũ sequẽs cognẽ põt eẽ frustra. ſz desideriũ pfectũ nõ põt eẽ frustra nisi sit impeditũ. Et si q̃rat qõ est desideriũ nãle. Ad illõ hz nãlis rũdere: nec circa hẽ est hic imorãdũ. mihi trũ breuiter vt q̃ est ipa res carẽs pfectione ꝓpa seu fine ad quẽ ordinat per quẽ res est nata attingere quãtũ est potest sibi finẽ cõem oĩuꝫ: ⁊ sic graue existẽs sursum desiderat esse deorsuꝫ: sed quando est deorsum nõ desiderat esse deorsuꝫ: ga tunc nõ priuat ꝓprio fine. vnde ꝑmo physicoꝝ dicit q̃ ꝑuatio est causa

B

Mõn^m 6^m Quẽ finẽ vltimũ ꝑbat moralis. Z. c. 83.

C

Mõn^m 2^m

Unũqõq̃ ens realr attingat finẽ vt̃ q̃ ꝓpriuꝫ.

D

Mõn^m 3^m Desideriũ multiplex

Desideriũ nãle qd.

Tex. c. 81

appetitus materie. materia enim nõ appetit formam nisi ꝓpter ꝑuationẽ forme. Istud est magis declaratuꝫ super ꝑmũ physicoꝝ. ¶ Albertus hic dubitationeꝫ ponit: quia illud ad qõ ·Pbs deducit tanq̃ incõueniẽs nõ videt incõueniens. nõ enĩ videt incõueniẽs q̃ desideriũ hoĩs sit frustra: ga volũtas põt esse impossibiliũ ꝑm ·Pbm. ergo desideriũ põt esse impossibiliũ. ¶ Ad illud rũdet. d. q̃ volũtas non informata electione põt esse impossibiliũ: sed ꝑm q̃ recipit formas electionis est solũ possibiliũ sicut ⁊ electio. vltimũ aũt in humanis actibus queritur a volũtate informata electione. ¶ Aliter põt dici q̃ vltimus finis humanoꝝ desiderat desiderio nãli: sed desiderium nãle nõ põt esse in oĩbus frustra: ga q̃uis natura in aliquibus deficiat: nõ trũ in oĩbus deficit. Sed si in rebus humanis nõ esset finis vltimus: desideriũ nãle quo desiderat finis: eẽt vliter ⁊ in oĩbus frustra: ga quilibet homo vltra quẽcũq̃ finẽ datum desideraret aliũ finẽ ⁊ aliũ ⁊ sic in ĩfinitũ. Cũ ergo nullus homo possit infinitos fines attingere: sequit q̃ si iter fines humanos nõ esset vltimus: cuiusliber hoĩs desideriũ nãle esset ociosuꝫ: qõ est icõueniẽs. vnde q̃uis desideriũ nãle in aliquo idiuiduo possit eẽ ociosuꝫ: tũ non est posse q̃ desideriũ nãle in tota specie sit ociosum.

E

Alberti dubitatio

¶ Et ad humanam igitur vitam magnã huius cognitio opem affert. naꝫ vt sagittariũ signũ habentes magis id qõ oportet attigere possum. Qõ si ita sit: enitenduꝫ est hunc ipsum figura quid sit cõprehendere: ⁊ cuius sit scientie vel facultatis percipere.

¶ Igitur ⁊ ad vitam cognitio eius magnũ habet incrementũ: ⁊ quẽadmodũ sagittatores signuꝫ hũtes: magis itaq̃ adipiscemur qõ opꝫ.

F

¶ Si aũt sic: tentãdũ est figuralr accipere illõ quid qdẽ est: ⁊ cuius disciplinarũ aut ℣tutũ.

¶ Hec est scõa particula ꝑme partis: in qua declarat q̃ cognitio vltimi finis rerũ humanaꝝ est multũ necĩa ad directionẽ vite humane: ⁊ hec est ꝛclo 5ª. ꝑbat sic. Nihil qõ in alterũ dirigit põt homo recte ⁊ certitudinalr dirigere nisi cognoscat illõ in qõ dirigendũ est: sed operationes humane dirigunt in finẽ vltimũ. ergo ad hoc q̃ homo bene dirigat operationes suas in finẽ vltimũ oportet cognoscere finẽ vltimũ. ergo cognitio finis vltimi rerũ humanarũ est multuꝫ necessaria ad directionẽ vite humane. de ista ratione non ponit in littera nisi cõclusio ⁊ ꝑbatio exemplaris Aristo. que est illa: saggitas ĩspiciẽs signũ directius dirigit sagittã ad signũ q̃ si nõ inspiceret signũ. Et eodeꝫ modo cognoscẽs finẽ vltimũ directius dirigit operationes suas ad illũ finẽ q̃ si nõ cognosceret illũ finẽ: ⁊ ex quo sic est q̃ cognitio finis vltimi est multũ necĩa ad directionez vite humane: oportet accipere figuralr ⁊ exẽplariter quid sit ille finis vltimus ⁊ optimus: ⁊ ad quã sciaꝫ speculatiuã vel practicã pertinet eius cõsideratio. ¶ Notãdũ ꝑm Eustratiuꝫ hic: q̃ sicut sagittantes mittentes sagittas non premittentes signum: nunq̃ artem sagittandi acquirunt perfecte: sic qui cõtra vitia viuere volunt nisi finem habeant ad quem finez tendunt: nõ vtiq̃ aliquãdo boni habitus ꝑm actum fiunt: signo aũt ⁊ fine proposito vt ad ipsum operationes ⁊ studia dirigant facile ad directionẽ se habebũt. Hec Eustratius. ¶ Sed dubitat hic Eustratius: quare ·Pbs hic prius cõsiderat de fine q̃ de his que sunt ad finem. Respondet dicens q̃ virtutes laboꝛe possideri nate sunt: ideo oportuit prius aliquãtuluꝫ scire de fine: vt propriam perfectionem desiderantes promptiores ad perseuerandum efficiamur.

5ª cõclo huiꝰ li. ꝑ.

Mõn^m

Dubitatio Eustratij. Solutio.

I ¶ Videbitur autē eius esse que maxime dominaꝫ: maximeq; rōnē subit architecture. Talem aūt sese offert ipsa ciuilis facultas. Nec enim ⁊ quas scias in ciuitatibus esse: ⁊ quales quēq; discere: ⁊ quousq; oportet instituere solet. Eas preterea facultates que summis afficiunt honoribus vt rei militaris: reiq; familiaris facultatē: ac oratoriā artē huic subesse videmus. Cuꝫ igitur ceteris actiuis sciētijs hec vtatur: ⁊ leges ferat atq; instituat: quid quisq; agere ⁊ a quibus abstinere debeat: huiꝰ finis ceteraꝝ oiuꝫ facultatū ꝓtinet fines. Quo fit vt hic finis sit bonum ipsum humanū.

¶ Videbit aūt vtiq; principalissime ⁊ maxime architectonice eē: talis vtiq; ⁊ ciuilis apparet.

2ª ps ca. K ¶ Quas eni esse debitū est disciplinaꝝ in ciuitatibꝰ ⁊ quales vnū quēq; addiscere: ⁊ vsque quo hec preordinat. ¶ Videmus aūt ⁊ pciosissimas virtutū sub hac existentes: vt puta militarē: economicā: ⁊ rhetoricaꝫ. ¶ Utente ꝟo hac reliqs practicis disciplinis. Amplius autē legem ꝓponēte qd oportet opari ⁊ a qbꝰ abstinere: huius finis cōplectit vtiq; eos qui aliaꝝ. Quapropter hic vtiq; erit humanum bonuꝫ.

¶ Nec est scā pars pncipalis huius capl'i: in qua determinat ad quā sciaꝫ pertinet cōsiderare de vltimo fine rerū humanaꝝ: ⁊ intendit pbare q̄ cōsideratio de vltimo fine
6ª ꝛclusio bꝰ pmi li. hoīs maxime ptinet ad sciaꝫ politicā. ⁊ hec est ꝛclusio 6ª. pbat sic. Ad sciam pncipalissimā ⁊ maxime architectonicam pertinet ꝓsideratio de vltimo ⁊ nobilissimo fine hominis: sed politica est scia principalissima ⁊ maxie architectonica. ergo ⁊c. maiꝫ huius rōnis patet ex pdictis: ga
L fines scientiarū superioꝝ sunt nobiliores ⁊ desiderabiliores. ergo finis scie nobilissime que est de humanis: est finis nobilissimus reꝝ humanaꝝ. [Quas eni.] ⁊ minꝫ declarat quātum ad vtrāq; sui partem. ⁊ pmo q̄ est maxime architectonica. scdo q̄ est pncipalissima. Circa pmuꝫ pmo attribuit scie politice seu ciuili ea que ptinēt ad sciētia architectonicā. scdo cōcludit ꝓpositionesꝫ. ibi [Utente ꝟo.] he due enim sunt conditiones ptinentes ad sciaꝫ architectonicaꝫ. vna est q̄ ipsa precipit scie vel arti que est sub ipsa quid debeat opari: sicut equestris precipit frenifactiue. alia cōditio architectonice est: q̄ ipsa vtit sciētia vel arte inferiori ad suum finem. Prima cōditio cōpetit scientie politice tā respectu scientiarū practicaꝝ q̄ respectu scientiaꝝ speculatiuaꝝ. nam politica precipit quales sciētie debent admitti in ciuitate: ⁊ quaꝫ sciam vnusq;q; discere debeat: ⁊ vsq; ad qō tēpus: ⁊ ita precipit sciētys ⁊ artibus inferiorib⁹ ordinās que debent admitti ⁊ ad quā vnusquisq; debet applicari. [Videmus aūt ⁊ preciosissimas.] ¶ Alia conditio scientie seu artis architectonice inest politice: que est vti sciētys iferioribus ad suū finem. naꝫ sciētia politica habet sub se artē militarē: iconomicā: ⁊ rhetoricā: quibus vtit ad finē suū cōsequendū. s. ad bonum cōe ciuitatis. ex his cōcludit intentum: q̄ ga ciuilis sciētia est maxime architectonica cuꝫ habeat sub se artes preciosissimas quibus precipit ⁊ vtit: q̄ ad eam maxime pertinet considerare vltimū ⁊ optimū finē hoīs. ¶ Circa illa. s. qualiter politica precipit alys scientys quid debeāt
p^m nōn^m operari: ⁊ eis vtit ad suū finē sunt tria notāda. ¶ Primū est q̄ politica precipit scientys practicis: ⁊ scientys speculatiuis: aliter tamen ⁊ aliter: ga precipit scientys practicis quantū ad vsum ⁊ quantū ad determinationes actus: sed scientys speculatiuis solū precipit quantū ad vsum. s. g. Ars equestris precipit frenifactiue vt faciat frenum: ⁊ sic precipit quātuꝫ ad vsum: ⁊ precipit etiā q̄ tali modo vel tale frenū faciat: ⁊ sic precipit quantū ad determinationē actus: ⁊ fm q̄ dicit Eustratius: politica precipit militari q̄ est sciētia fm quā gubernaꝫ exercitus q̄ ducat exercituꝫ: ⁊ sic precipit quantū ad vsum: ⁊ qualr debet ducere: ⁊ sic precipit quantū ad determinationē actus: ⁊ rhetorice pcipit q̄ vtaꝫ sermonibus in cōsilys ⁊ iudicys: ⁊ q̄libus sermonibus in cōsilys ⁊ iudicys est vtendū: ⁊ precipit iconomice q̄ regat familiā suā: ⁊ qualr pꝛ̄familias debet regere familiā suam: ⁊ sic politica precipit sciētys inferiorib⁹ practicis quantū ad vsum: ⁊ quantū ad determinationes actus vel vsus: sed scientys speculatiuis non precipit nisi quantū ad vsum. politica eni precipit q̄ aliquis addiscat geometriā: ⁊ sic precipit quantū ad vsum: sed nō precipit quam passionē debet de triangulis cōcludere: ga hoc nō subiacet humane volūtati. vnde politica pcipit alys sciētys ⁊ eas ordinat: ⁊ quā sciam addiscere debet vnusq;q; ⁊ vsq; ad qō tempus: diuersimode tū precipit sciētie practice ⁊ speculatiue vt dictū est. ¶ Scdo est notādū q̄ politica ordinat alias sciētias: ga ordinat que sciētie sūt admittende in ciuitate: ⁊ que nō: ⁊ quis quaꝫ sciam oꝫ addiscere: vnde sicut Albertus dicit hic. Plato precipit considerari aptitudines pueroꝝ vt quilibꝫ applicet ad studiū ad qō magis est aptus: ita q̄ sit magis vtile reipublice q̄ sibi soli. ¶ Tertio est notandū fm Albertū hic: q̄ sciētia potest dici architectonica duplr. s. vel pncipalitate artis vel pncipalitate operis. Illa sciētia dicit esse principalior ⁊ magis architectonica pncipalitate artis que melius nouit causas ⁊ rōnes rei: ⁊ sic credo q̄ metaphysica sit architectonica respectu oium sciarum: sed illa sciētia dicit architectonica pncipalitate operis que est ad pncipaliorem finem ⁊ que vtitur alys ad suum finem: ⁊ sic ars equestris est architbectonica respectu frenifactiue ⁊ politica respectu aliarum scientiarum practicarum.

¶ Oꝫq̄ eni vnius hominis idem ⁊ ciuitatis est bonuꝫ: ciuitatis tamē cōparare cōseuareq; bonū maiꝰ atq; perfectius ⁊ habeā ⁊ est. Nam amabile est: ⁊ si vni soli: maius aūt atq; diuinius est: si gēti ciuitatibusue sit acquisitum partumq; conseruetur. Hec igitur appetit hec doctrina cum sit facultas quedā ciuilis.

¶ Si eni idē est bonū vni ⁊ ciuitati: maiusq; ⁊ perfectius qō ciuitati videt: ⁊ suscipere: ⁊ saluare. Amabile quidem eniꝫ ⁊ vni soli. melius ꝟo ⁊ diuinius genti ⁊ ciuitatibꝰ. Methodus quidē igit b̄ appetit: ciuilis quedā existens.

¶ Probato q̄ politica est sciētia maxime architectonica inter sciētias practicas: pbat q̄ politica est pncipalissima sciētia. ⁊ hoc pbat sic. Quāto aliqua sciētia ad maius bonum se extendit: tāto est pncipalior. istud patet ex pcedētibus. nam quāto finis sciētie est nobilior tāto scientia est nobilior. ergo illa sciētia est principalissima que ad maximum bonū se extendit: sed politica se extendit ad maximū bonū. nā politica se extendit ad bonū cōe: vt ad bonū totius ciuitatis vel totius regni vel totius gentis: ⁊ illō est maximū bonū inter bona humana. Si eni idē est bonuꝫ vni homini ⁊ toti ciuitati ⁊ bonū ⁊ laudabile sicut pcurare bonū vni homini: melius ⁊ perfectius est pcurare toti ciuitati ⁊ toti genti: quia hoc est diuinius: cuꝫ sit magis ad dei similitudinē qui est vltis causa oium bonorū: cuꝫ igit sciētia ciuilis appetat ⁊ pcuret bonuꝫ cōe totius ciuitatis vel totius gentis sequit q̄ sciētia ciuilis sit pncipalissima.

Istas duas ꝛclones. s. q̄ politica est maxime architectonica: ⁊ q̄ politica est pncipalissima: nō annumero inter cōclusiones pncipales eo q̄ nō pbant per syll'os pncipales: sed per psyllogismos. Syll's eni pncipalis est qui ꝛcludit q̄ cōsideratio de vltimo fine hoīs pertinet ad sciam politicā: ⁊ syll'i pbantes q̄ politica est maxime architectonica ⁊ principalissima sunt syll'i pbantes minorem syllogismi principalis. ¶ Dic sunt duo notanda ⁊ duo dubitanda.

Nōn^m p^m ¶ Primo est notāduꝫ q̄ politica dicit pncipalissima ratione diuersoruꝫ. nam dicit maxime architectonica respectu aliaꝝ sciaꝝ q̄bus pcipit: ⁊ dicit pncipalissima rōne finis qui est bonuꝫ cōe: ⁊ q̄uis idē esset maxime architectonica ⁊ principalissima: tū nō est superfluuꝫ vtrūq; attribuere sciētie politice: ga illa duo attribuunt sibi in cōparatiōe ad diuersa. ¶ Secundo est notandū q̄ politica dicit pncipalissima nō simpliciter: sed dicit pncipalissima inter scias actiuas cōsideranteꝫ de operibus humanis. Sed metaphysica est simpliciter principalissima: ga cōsiderat vltimū finem totius vniuersi. ¶ Duo occurrūt hic dubia. ¶ Primū est q̄ cū ad sciam politicā ptineat cōsiderare de fine vltimo hoīs: qualr ꝓsideraꝫ in hac scia de vltimo fine hoīs cū hec scia nō sit politica. ¶ Scdo dubitaꝫ vtrū debeā magis pcurare bonū vni ciuitati vel mihiipsi: videt enim q̄ magis debeam pcurare mihiipsi bonuꝫ: ga post deum maxime debeo meipsum diligere: ⁊ cōitas vel ciuitas nō est deus sed creatura alia a me. ergo magis debeo pcurare bonuꝫ mihiipsi q̄ toti ciuitati. ¶ In oppositum videt esse ꝓbs qui dicit q̄ melius ⁊ perfectius est pcurare bonū toti ciuitati q̄ vni homini. ¶ Ad primū dicēdū est q̄ hec scia est aliquo modo politica: ga est ps politice: sicut eni vnus homo est pars ciuitatis: ita hec scia est pars politice. hec eni scia cōsiderat pn̄ scie politice. vñ itell's ꝓbi est q̄ ad politicā fm se vl'in aliq̄ pte sua ptinet ꝓsiderare de vltio fine hoīs. Uel pōt dici ⁊ forte melꝰ q̄ in hac scia ⁊ ēt in politica cōsideraꝫ de vltimo fine hoīs: sed diuersimode: ga in politica ꝓsideraꝫ de vltimo fine hoīs fm q̄ respicit totā ciuitatē vel fm q̄ hō est pars ciuitatis: sed hic ꝓsideraꝫ de vltimo fine hoīs fm q̄ respicit vnuꝫ idiuiduū seu fm q̄ est finis vnius hoīs fm se. ¶ Ad aliud dubiū dico fm q̄ nūc mihi videt: q̄ magis debeo ⁊ teneoꝫ pcurare bonū ciuitatis cuius ego sum pars q̄ bonū meū. pprius: ga in hoc q̄ pcuro bonū tali ciuitati: pcuro bonuꝫ mihiipsi: magis tū teneoꝫ pcurare bonum mihiipsi q̄ ciuitati cuius nō sum pars: ⁊ hoc videt ꝓbs dicere in lra di. [Si enim idem est bonū vni ⁊ ciuitati maius ⁊ perfectius qō ciuitati.] vnde si idem sit bonum mihi ⁊ ciuitati qō contingit si sum pars ciuitatis: tunc maius bonū ⁊ perfectius est pcurare bonū ciuitati q̄ mihiipsi: vel forte posset esse aliquid ita excellens bonū mihi qō esset modicū bonum toti ciuitati: ⁊ tūc magis teneoꝫ pcurare id bonū mihi q̄ toti ciuitati cuius sum pars: vnde magis debeo pcurare magnū bonū ciuitati q̄ modicū bonū mihi: vñ respiciendum est ad quātitatē boni: ⁊ per hoc soluit dubitatio.

Capitulū tertium

de modo cōueniēte huic scie: ⁊ ex parte doctoris q̄ ex parte auditoris. Ex parte doctoris q̄ docens istam sciam nō pōt demōstratiue pcedere: sed grosso modo ⁊ persuasiue: ex parte auditoris q̄ non debet a magro suo certas demōstrationes expetere: sed rōnes pbabiles fm q̄ moralis materia permittit: ⁊ pptēr hoc nec iuuenis nec secta oꝫ passionū est ꝟueniēs auditoꝫ huius scie: sed solū ille q̄ desideria sua fm rationem implet.

¶ Dicet aūt satis si declarabit perindeq̄ subiecta materia postulat. Ipsum eni exactū nō est in oibus simili modo rōnibus flagitādū. Sicut nec hisce que p partes conficiunt. Honesta aūt ⁊ iusta de quibus ciuilis cōsiderat: tantam dīam erroꝛemq; hīt: vt lege tm̄ esse videantur ⁊ nō natura: talē etiā quendā erroꝛē hīt ⁊ ipsa bona: quia cōpluribus ex ipsis accidūt detrimenta. Quidā eni ob diuitias: quidā ob fortitudinē perire. Carū igit fuerit atq; satis de talibus dicētes pingui minerua figuraq;: vel ipm ofidere: ⁊ de his que sunt plerūq; atq; ex talib⁹ dicētes: talia ⁊ cōcludere.

Caput 3^m pmi trac. huiꝰ p. li.

Iceā aūt vtiq; sufficiēter: si fm subiectā mām manifesteā. Certū enim nō similr in oibus sermonibus querendum est: quēadmodū neq; in ꝓditis.

Bona aūt ⁊ iusta de q̄bus ciuilis intendit tantam hīt dīaꝫ ⁊ erroꝛē vt videant lege sola eē natura ꝟo non. Talē aūt quendā erroꝛē hīt ⁊ bona: ga multis cōtingunt detrimēta ex ipsis. Iam eni quidā perierūt ꝓpter diuitias: alij ꝟo ꝓpter fortitudinē. Amabile igit de talib⁹ ⁊ ex talibus dicentes grosse ⁊ figuralr veritatē ostēdere: ⁊ de his que vt frequentius: ⁊ ex talibus dicentes talia ⁊ concludere.

Tertij ca. pmi trac. diuisio in tres ptes pncipales

Istud est

capl'm tertiū tractatus primi: in quo ꝓbs determinat modū huic scie ꝟenientem: ⁊ continet tres partes pncipales. In pma determinat modū cōueniētē huic scie ex parte doctoris. In scda ibi [Eodem vtiq; modo.] determinat modū ꝟenientē huic scie ex parte auditoris. In 3ª ibi [Unusquisq; autē.] ostendit quis est insufficiens auditoꝫ huius scie: ⁊ quis iutilis: ⁊ qs vtilis ⁊ ꝟeniēs. ¶ In pma igit declarat ꝓbs q̄ modus manifestandi veritatē in scia mozali nō oꝫ esse demōstratiuus nec oīno certꝰ: ⁊ hec est ꝛclo 7ª huius libri: pbat sic.
7ª cōclo bꝰ pmi li. Modus manifestandi veritatē in qualibet scia debet eē cōueniēs rei subiecte de qua scia considerat: sed materia de qua scia mozalis considerat est variabilis ⁊ incerta: g modus manifestandi veritatē in scia mozali nō debet eē demōstratiuus: nec oīno certus. Maioꝫ declarat ꝓbs sic. modus manifestādi veritatē in scia est sil'is mō operandi in ꝓditis hoc est in his que fiunt per artem: sed modus operandi in his que fiunt per artem oꝫ esse cōueniēs materie subiecte circa quā est opatio: nō eni est sil'is modus operādi in oibus q̄ fiunt p artē: sed vnusq;q; artifex operaꝫ ex mā ꝟz modū ꝟenientē māe aliter ex cera: aliter ex terra: aliter ex luto: ergo modus manifestandi veritatem in qualibet scia oꝫ esse cōueniēs materie subiecte de qua scia cōsiderat: ⁊ sic pꝛ maioꝫ. Pōt etiā patere ex b̄ q̄ scibile est mensura scie: vt pꝛ 5° meta. ⁊ mēsuratū debet esse cōueniēs mēsure sue: ideo modus manifestandi veritatē in scientys debet esse cōueniēs subto scibili qō est mā de qua sciētia ꝓsideraꝫ: ⁊ sic pꝛ maioꝫ pncipalis rationis. Et minoꝫ declaraꝫ per duo gēa rerū que ad mām mozalem videnꝫ ptinere que sunt opationes humane: ⁊ bona exterioꝛa: quātū ad opationes humanas est varietas ⁊ incertitudo: ga quedā opa reputanꝫ a quibusdā iusta ⁊ honesta: ⁊ eadē reputanꝫ ab alys iniusta ⁊ inhonesta fm diuersitatē tpis locoꝝ ⁊ personarū. Que eni sunt iusta vno tpe alio tēpoꝛe sunt iniusta: ⁊ que in vna regione sunt iusta ⁊ bonesta in alia sunt iniusta ⁊ inhonesta: ⁊ que in vna pſona sūt iusta ⁊ bonesta in alia pſona sunt iniusta ⁊ inhonesta: ⁊ intantū est variatio circa actus humanos qō quidā credūt

I nihil eē simpl'r iustū vel honestū:sed solū ꝑm legis pōnē. Circa autē bona exteriora cuiusmodi sunt bona fortune ⁊ nature q̃bus vtit̃ homo ad suū finē cōsequendum:q̃ntq̃ accidit varietas ⁊ incertitudo. Circa enī bona fortune:cuiusmodi sunt diuitie est incertitudo ⁊ varietas:q̃a quidam iuuenē ex ipsis:⁊ quidam ꝓpter diuitias suas perierunt. Simil'r circa bona nature cuiꝰ est robur corpale:vel pulchritudo corpalis accidit variatio ⁊ incertitudo. nam multi pp fortitudinē suā corporalē perierūt. multi enim nimis ꝓfidētes in corpali fortitudine nimis incaute se periculis exposuerūt ⁊ sic interfecti sunt:⁊ sic pz minor ꝑncipalis rōnis. s.q̃ materia circa quā est scia mozalis est variabilis ⁊ incerta:⁊ ga si sic est:amabile est de his tractatū faciētes grosse ⁊ figural'r ostendere:⁊ de his que vt frequētius accidunt. i. de actibus volūtarijs:⁊ ex talibus dicentes talia
K cōcludē. s. que frequētius accidūt:vnde ga ꝑncipia debēt esse ꝓnibus cōformia:ideo ga ōnes cōtingunt vt frequētius opz ꝑncipia esse talia. s. q̃ cōtingant frequēter ⁊ non semper:⁊ ideo ga ꝑncipia cōtingunt vt frequenter ⁊ non semp:ꝓclones que ꝓcludunt̃ ex huiꝰ ꝑncipijs ꝓtingūt frequēter ⁊ non semp. ¶ Notanda sunt hic duo ꝑm Eustratiū. Mōn'm p'm Cōtingēte dzia 3e Primū est q̃ cōtingēs diuidit̃ in ꝓtingēs frequētius: cōtingēs equal'r:⁊ cōtingēs in pauciorib̃us:⁊ dicit q̃ scia est circa nēcia ex necessarijs nēcia ꝓcludēs. Circa illō aūt q̃ō est in plib̃us ⁊ vt frequētius est ars cōcludēs ex ꝓpōnibus que in plurib̃ꝰ ꝓclōnē que in plurib̃ꝰ. Circa illō aūt q̃ō est equal'r sunt rationatio ⁊ electio ĩdicatiue existētes potētie:⁊ ambas ptes ꝑdictionis pōderantes. Circa illud aūt q̃ō in paucioribus est nulla vtus seu ars fit ꝓpter q̃ō fortune ⁊ casui veteres illud attribuunt. ¶ Scōo est notandū ꝑm Eustratiū q̃ cū dicit ꝓbs q̃ gdā perierunt pp fortitudinē:q̃ nō accipit̃ hic fortitudo ꝓ virtute aīe que dirigit virtutē cōcupiscibilē ⁊ irascibilē:sed accipit̃ ꝑ roboze corpali. vnde dicit Eustratiꝰ q̃ sicut in aīa quatuor sunt virtutes q̃ĩales. s. prudētia/fortitudo/tēperātia/⁊ iustitia:ita in corpe sunt quatuor vtutes corpales eis corrñdentes. s. viuacitas sensuū/corpozale robur/pulchritudo ⁊ sanitas. Uiuacitas sensuū prudentie est ꝓportionabilis velut cognitio quedā exrīs speculata in aīalis corpe. Robur est ꝓportionabile fortitudini velut cōstās corpus faciens ⁊ ferēs laborē. Pulchritudo tēperātie est ꝓportionabilis velut cōmensurationē repzesentans in magnitudine ⁊ cōpositione particularū corporis. Sanitas ꝯo ꝓportionabilis est iustitie velut in complexione:eamq̃ ꝑm naturam analogiam conseruans.

Mōn'm 2m

L Quatuor vtutes aie q̃b̃ꝰ q̃tuor corporis corrñdēt.

¶ Eodem modo ⁊ vnūquēq̃ auditorem ea que dicūtur accipere oportet. Est enim eruditi exactum ipsuꝫ eatenus in vnoquoq̃ genere flagitare:quatenus fert ipsius rei natura. Sil'eq̃ nāq̃ videt̃ eē mathematicū suadentē ꝓbare:⁊ ab oratore demōstrationes exigē.

M

2a ps ca. ¶ Eodem vtique modo ⁊ recipere debitum est vnūquemq̃ auditorem. Disciplinati enim est intantū certitudinē querere ꝑm vnūq̃q̃ genꝰ inquantū rei natura recipit. proximū enī videt̃ ⁊ mathematicū persuadentē acceptare:⁊ rhetoricum demonstrationes expetere.

¶ Hec est scōa pars huius capl'i:in qua ostēdit modū ꝓuenientē huic scie quātū ad auditorē:⁊ intendit ꝓbare q̃ auditor scie mozalis nō dz certas demōstratiōes expetere: imo debet esse contentus ꝓuasionibus. ⁊ hec est ꝓclo 8a. ꝓbat̃ sic. Ad disciplinatū. i. ad hoīem bene instructū ꝑtinet ingrere tātā certitudinē in vnaquaq̃ re quātuꝫ nā rei patit̃:⁊ nō maiorē:neq̃ debet esse minori certitudine cōtentus. cū g̃ mā mozalis sit incerta ⁊ variabilis vt dictuꝫ est:⁊ per ꝓnīs nō patit̃ certas demōstrationes:sequit̃ q̃ audi tor scie mozalis nō dz certas demōstrationes expetere:imo debet eē cōtentus ꝓuasionibus. maior pz. nam ga illa de quibus sunt scie mathematice sunt certa ⁊ inuariabilia:de quibus pñt esse demōstrationes:⁊ illa de quibus est rhetorica vt actus humani sunt variabilia ⁊ incerta:ideo non dz mathematicus esse ꝓtentus ꝓuasionibus que sunt de incertis:nec dz rhetor expetere certas demōstrationes:ga mā de qua est rhetorica nō ꝑmittit certitudinē demōstrationis: ⁊ iō vnusq̃q̃ dz tātā certitudinez expetere in vnaquaq̃ re quātā nā rei patit̃:nec dz expetere maiorē nec eē ꝓtentus certitudine minori. nā ꝓximū ꝑtinet mathematicū ꝓuadere:⁊ rhetorē demōstrare. ¶ Albertus dubitat hic:ga nō videt̃ q̃ modus scie debeat hic ōterminari:ga Cōmētator sup 2m meta. dicit q̃ logica est cōis modus cuiuslibꝫ scie:⁊ ita videt̃ q̃ in logica dz determinari modus scie ⁊ nō hic. ¶ Ad illud rñdet q̃ logica est cōis modus ⁊ gñalis oīum sciaꝝ:sed ꝓter modū sciēdi gñalē quelibet scia habet suū modū sciendi specialem:⁊ forte ille modus specialis potest dici logica specialis.

Dubium Alberti. T.c. 15. O Solutio.

¶ Atqui bene quisq̃ iudicat ea que cognoscit:⁊ ipsoꝝ bonꝰ est iudex. Is ergo in vnaquaq̃ re bene iudicat qui in illa est eruditus. Absolute aūt qui est in omnibus eruditus. Quapropter iuuenis ciuilis disciplinē non est idoneus auditor. Est enim rudis actuuꝫ vite. Ex his autem ⁊ de his ipse rationes efficiuntur.

3a ps cā. P

¶ Unusquisq̃ autē iudicat bene que cognoscit ⁊ eoꝝ est bonus iudex:ꝑm ergo vnūmq̃q̃ in vnoquoq̃ eruditus bene iudicat:simpl'r autē qui circa omnia eruditus est. Idcirco politice non est ꝓprius auditor iuuenis. inexpertus enim est eorum qui ꝑm vitam sunt actuū. Rationes autem de his ⁊ ex his.

¶ Hec est tertia ps ꝑncipalis huius capl'i:in qua declarat quis nō est ꝓprius auditor scie mozalis:⁊ quis est inutilis: ⁊ quis vtilis auditor scie mozalis. Et ꝓtinet pars ista. tres ꝓticulas. In ꝑma ꝓbat̃ q̃ iuuenis nō est ꝓprius auditor scie mozalis. In 2a ibi [Amplius aūt passionū.] ꝓbat q̃ secutor passionū est inanis auditor scie mozalis. In 3a particula ibi [Scōm rōnē aūt.] ꝓdeclarat quis est ꝓueniēs auditor scie mozalis. ¶ In ꝑma igit̃ particula ꝓbat ꝓnem 9as huius libꝫ que talis est. q̃ iuuenis nō est ꝓprius auditor scie mozalis:⁊ ad ꝓbandū illā cōclusionē ꝑmittit q̃dā necessariū ad ꝓpositū ⁊ est q̃ vnusquisq̃ bene iudicat de his que cognoscit:⁊ de his que non cognoscit non pōt habere bonum iudicium. Unde ille qui est instructus circa vnumq̃q̃ genus bene pōt iudicare de his que pertinēt ad illud genus:⁊ ille qui est bene īstructus circa oīa bene potest iudicare de omnibus. Isto suppposito ꝓbatur ꝓclo sic. Oīs auditor ꝓprius scie mozalis bene iudicat de his que audit in sciētia mozali vt bene dicta recipiat ⁊ mala ⁊ discōueniētia abyciat:sed iuuenis nō bñ iudicat de his q̃ audit in scia mozali:ergo ⁊c. Maior pz. ⁊ minor pz ꝑ hoc q̃ nemo pōt bñ iudicare nisi illa q̃ vere nouit:sz iuuenis ꝓpter inexperiētiā nō habet cognitionez de oibus opib̃ꝰ humanis de quibus est scia mozalis:vnde ga iuuenis est īexpertus ꝓpter paruitatē ꝑtis:ideo nō credit ea que sibi ꝓponunt̃ in scia mozali. si enī ꝓponat̃ iuueni q̃ vtuosus puta liberalis minora reseruat sibi ⁊ maiora alijs:ꝓpter inexperiētiā nō iudicaret illō esse verū. ¶ Albertus dubitat hic:ga experimētuꝫ deseruit iuētioni ⁊ nō doctrine:

9a cōclo hꝰ ꝑmi li.

Dubium Alberti.

ergo per

A ergo per hoc q̃ iuuenis non est expertus magis ostendit̃ q̃ iuuenis nō est inuētor scie mozalis q̃ q̃ nō sit ꝓueniēs auditor. ¶ Ad id rñdet dicēs q̃ iuuenis nō est expertus nec experiri pōt quouslq̃ sedent̃ passiones in eo. Nūc aūt ad ꝓuenientē auditorē huius scie requirit̃ q̃ possit eē expertus. Debet enim auditor huius scie operari ꝑm q̃ hec scia docet ⁊ per opationes experientiaꝫ acqrere. vnde in scia speculatiua simpl'r experimentū deseruit inuentioni ⁊ non doctrine:sz hec scia nō est simpl'r speculatiua. Dicit enī hic Cōmētator q̃ hec scia nō est speculatiua simpl'r. s. vt sola cognitione dictoꝝ cōtenti sint auditores sz est operatiua:ideo opz cognitioni sermonū actus ⁊ operationes apponere:⁊ si nō:vane ⁊ frustra sūt sermones ⁊ eoꝝ auditus. Cum igit̃ iuuenis nō sit expertus nec experiri possit: sequit̃ q̃ est incōueniēs auditor scie mozalis:vnde in ista scia experientia requirit̃:⁊ quantū ad inuentionē:⁊ q̃tuꝫ ad doctrinā:naꝫ rōnes scie mozalis ꝓcedunt ex his ꝑnciꝑijs que ꝑtinēt ad actus humane vite:⁊ etiā sunt de his q̃ ꝑtinēt ad humanā vitā tanq̃ de subiecto vel materia.

B

¶ Preterea cum perturbationes sequat̃ incassuꝫ ⁊ sine fructu audiet:quippe cum finis nō cognitio sit sed actio. Interest autē nihil iuuenis sit etate ac moribꝰ iuueni similis. Nō enī defectus est ob tēpus Sed ga viuit ⁊ persequit̃ singula cū ꝑturbatione. Talibꝰ enīꝫ iutilis fit ipsa cognitio. perinde atq̃ in ꝓtinētibꝰ ipsis.

¶ Amplius autem passionum secutor existens inaniter audiet ⁊ inutiliter:ga finis est non cognitio sed actus. Differt autē nihil iuuenis q̃s sit ꝑm etatem aut ꝑm morem. Non enīꝫ a tempore defectio:sed ꝓpter ꝑm passiones viuere ⁊ persequi singula. Talibus enim inutilis cognitio fit q̃ēadmodum incontinentibus.

C

¶ Hec est scōa ꝓticula tertie partis:in qua ꝓbs declarat q̃ secutor passionum est iutilis auditor scie mozalis:⁊ hec est ꝓclo 10a. ꝓbat̃ sic. Ille est iutilis auditor scie mozalis qui nō pōt attigere ad finē ad quē scia mozalis ordinat̃: sed secutor passionū est huiꝰ. g̃ ⁊c. maior est manifesta: ⁊ minor apparet:ga finis scie mozalis nō est scire:sed bene operari:⁊ ad hunc finē nō pōt secutor passionū attingere dum sequit̃ passiones:⁊ cū prius dixit q̃ iuuenis non est cōueniēs auditor huius scie:ne credat̃ q̃ hoc solū fit ꝓpt paruitatē ꝑtis remouet hoc. d. q̃ nihil differt siue sit iuuenis ꝑm etatē:siue ꝑm morē quātū ad hoc q̃ sit icōueniēs auditori:ga sicut iuuenis etate deficit a fine huius scie q̃ est bene agere:sic ⁊ iuuenis ꝑm morē. nō enī est defectus a fine huiꝰ scie ꝓpter tp̃s:sed pp ꝓ q̃ viuūt ꝑm passiones ⁊ talibus est iutilis cognitio huiꝰ scie sic in ꝓtinētibus:ga nō sequunt̃ sciaꝫ quā bñt de moribꝰ:⁊ sic apꝑet ꝓ ꝑ ꝓbs qui sūt iutiles auditores scie mozalis:ga iuuenis ⁊ secutor passionū ⁊ incōtinēs. Iuuenis pp inexperientiā est iutilis auditor scie mozalis:⁊ secutor passionū ⁊ incōtinēs sūt iutiles pp ꝓ q̃ sequunt̃ passiones. ¶ Hic sūt tria notāda. Primū est:q̃ est dzia iter icōtinētē ⁊ passionuꝫ secutorē:q̃ ꝓueniūt in ꝓ q̃ vterq̃ ꝓsequit̃ ea in q̃ passiones inclināt sz diuersimode:ga dupl'r pōt aliqs ꝓseq illa ad q̃ inclināt passiones. Uno mō ex electione vt qñ aliqs ꝓ ꝓponit vt ꝓcupiscētie sue satisfaciat:⁊ talē vocat ꝓbs hic passionuꝫ secutorē. Alio mō ꝓtigit aliquē seq passiones q̃ ꝓponit se a vitijs ⁊ delectationib̃ꝰ illicitis abstinē:vincit̃ tñ aliqñ ĩpetu passionū vt ꝑ ꝓpo^m suū passiones sequat̃. s. delectationē ꝑm tactū ⁊ gustū ⁊ ille simpl'r ⁊ ꝑpe dz icōtinēs:vñ secutor passionū in ꝓpo^to accipit̃ ꝓ eo qui ex electiōe se-

Solutio.

Mōn'm 2m

Inutiles auditores huiꝰ scie.

Mōn'm 3m

Dub'm 2m

quit̃ impetū passionū:⁊ hoc gñalr quēdo de q̃libet passione:siue sit delectatio corpalis:siue sit ira:siue timor:⁊ sic de alijs. sed icōtinēs simpl'r solū est ille qui nō ex electione:sed victus ab ipetu passionis:sequtur delectationes corporales. ¶ 2o est nōn'm fz Eustratiū ꝓ q̃ passio de q̃ ꝓbs loqtur hic est aīe irrōnalis motꝰ ⁊ ꝑter nām ipetui approximans:cuiꝰ sunt q̃tuor spēs gñaliores. s. tristitia/timor/cōcupiscētia/voluptas. ¶ 3o est notādū q̃ ꝑ cōueniētē auditorē scie mozalis possumus duo itelligere. s. vel illū q̃ faciliter pōt attingere finē scie mozalis. Alio^o possumus itelligere ꝑ auditorē ꝓueniētē quēcūq̃ indifferēter q̃ pōt attingere finē scie mozalis:siue facil'r:siue cū difficultate. Primo mō nec icōtinēs nec secutor passionū est ꝓueniēs auditor huiꝰ scie:fz ille q̃ est assuefact̃ in bonis ꝓsuetudinib̃ꝰ:q̃ finis scie mozalis nō est scire fz bñ opari:fz ad istū finez nec pōt secutor passionū nec icōtinēs de facili puenire. Si aūt ꝑ ꝓueniētē auditorē scie mozalis itelligam̃ quēcūq̃ potē tē attigere finē scie mozalis:sic taꝫ icōtinēs q̃ secutor passionū est ꝓueniēs auditor huiꝰ scie:fz nō q̃libet talis:fz solū ille q̃ est curabilis ꝑm aiaꝫ. ¶ Hic sunt duo dubitāda. p'm est dubiū Eustratij q̃ō est tale. videt̃ enīꝫ ꝑm iaꝫ dcā. ꝓbs q̃ scia mozalis sit supflua. q̃ō ꝓbat̃:ga si est bona aut bonis aut malis est bona:fz neq̃ sic neq̃ sic:g̃ ⁊c. ꝓbat̃ aūs: ga nō malis co q̃ nō sunt ꝓueniētes auditores ꝑm Aristo. per iam dicta. nec ēt bonis cū nō egeāt gubernari cuꝫ ipsi sibi sint lex:⁊ ꝑ ꝓnīs vī q̃ ꝓbs mozalis sit supflua. ¶ Ad istud dubiū rñdet Eustratius dupl'r. Uno^o sic:q̃ ista scia est vtilis tam bonis q̃ ꝓauis. illa enīꝫ scia est vtilis bene operātibus:ga ante sciētiā mozalē habitā operant̃ ex cōsuetudine ⁊ sine regula:fz habita scia mozali operant̃ per regulā:⁊ talis regula vtilis est bene operātibus. ⁊ est etiaꝫ vtilis malis:ga q̃uis mali ⁊ secutores passionū nō possint cito ⁊ facil'r deuenire ad finē scie mozalis:successiue tamē ⁊ cū difficultate possunt finē sciētie mozalis attingere. naꝫ mali sciaꝫ mozalē hñtes ⁊ ꝑm eam speculantes ⁊ cogitantes quātū sunt in malo deprehensi:⁊ quātū longe facti sunt a bono simpl'r:nisi oīno sint sine intellectu habebūt quēdaꝫ impetū ad directionē:⁊ ita paulatim huic scētie adherētes ⁊ ꝑm eam cogitātes ad melius transponent̃. ¶ Secundo rēspōdet sic. q̃ sciētia mozalis est medicinalis anime sicut sciētia que dicit̃ medicina est medicinalis corporis:sed scia medicinalis est vtilis habētibus sanitatē ꝓpter sanitatē cōseruandā ⁊ nō habētibus sanitatē. ꝓpter acquisitionem sanitatis:⁊ eodem modo sciētia mozalis est vtilis malis vt possint per eam dirigi:⁊ est vtilis bonis vt per eaꝫ possint in bono ꝓseruari. ¶ Sed ex hoc oriit̃ 2m dubiū:⁊ est cum mali ⁊ vitiosi possint deuenire ad finez huius sciētie ⁊ per istam sciaꝫ dirigi. quare ergo dixit ꝓbs icontinētē ⁊ secutorē passionū esse inutiles auditores huius sciētie:cuꝫ per hanc sciētiā possint dirigi ⁊ ad vitā laudabilez peruenire. ¶ Dicēdū est q̃ non q̃libet malus aut vitiosus pōt attingere finē scientie mozalis. ¶ Pro quo est sciēdū q̃ sicut infirmitas corporis est duplex:q̃dam est curabilis:⁊ q̃daꝫ incurabilis:sic est duplex infirmitas anime:q̃dam curabilis ⁊ q̃dam incurabilis. q̃dam enīꝫ intantū sunt assuefacti in malis opibus q̃ sunt obstinati ⁊ incurabiles ꝑm aiaꝫ intantū enī est vitiū radicatū ⁊ firmatū in q̃busdā q̃ plus de tpe regrerēt̃ ad expellendū illud vitiū q̃z est tēpus totius vite hoīs. Nam habitus nō expellit̃ nisi cum difficultate ⁊ talibus est illa scientia inutilis:q̃ nō possunt attingere finem huius sciētie. quidam aūt mali non sunt intātum assuefacti in malis quin possint corrigi:⁊ talibus est ista scientia vtilis. vnde sicut sciētia medicinalis est vtilis languenti in infirmitate curabili:sic scientia mozalis est vtilis vitioso:corrigibili tamen.

E

S

D

¶ Qui autē qui suas rationi subiiciunt appetitiones cū rationeqz agunt: magnam afferre potest vtilitatem. De auditore igit̃: ⁊ quonā modo rationes accipi debeant quidqz ꝓponimus tot exordij loco dicta sunt.

¶ Scōm rationem autem desideria facientibus ⁊ operantibus multū vtiqz vtile erit de his scire. Et quidem de auditore: ⁊ qualr̃ demōstrādū sit ⁊ qd ꝓponim⁹: ꝓbemialr̃ dicta sūt tāta.

¶ Hec est tertia particula tertie partis: in qua ostenditur quis est cōueniēs auditor scie moralis: ⁊ ponitur ꝓclo 11ª que est: q̃ qui p̃m rōnem oia sua desideria implet est ꝓueniens ⁊ vtilis auditor scie moralis. ⁊ hec ꝓclo ꝓbatur per pcedētia sic. Ille qui facilr̃ pōt attingere finē scie moralis est ꝓueniēs auditor scie moralis: sed ille qui p̃m rōnez oia desideria sua implet facilr̃ pōt attingere finē scie moralis. ergo ⁊c. Sic igit̃ pz q̃ iuuenis nō est sufficiēs auditor nec ꝓprius scie moralis: ⁊ secutor passionū ⁊ icōtinēs est iutilis auditor scie moralis: ⁊ q̃ sequēs rationē est auditor scie moralis vtilis ⁊ cōueniēs. ¶ Dubitat̃ hic quia videt̃ q̃ quicūqz icontinētes ⁊ intēperati sint cōueniētes auditores huius scie: qa finis scie est speculari ⁊ intellige re illa de quibus est scia: qa finis cuiuslibet scie est ꝓpria operatio illius habitus: sed icontinētes ⁊ intemperati pñt speculari ⁊ actualr̃ scire illa de quib⁹ est hec scia. ergo ⁊c.

¶ Dicendū est q̃ finis huius scie est duplex. s. imediatus ⁊ mediatus. Finis imediatus huius scie est speculari p̃m illā sciam. Finis mediatus istius scie est operari sicut ista scia docet. s. operari virtuosa opera ꝓpter finē vltimū ꝓpter scilz felicitatē. ⁊ ille finis est melior q̃z finis imediat⁹: qa speculari materiā moralez est ꝓpter operari tanq̃ ꝓpter finē. modicū enī valet speculari qualr̃ est agenduz ⁊ nō agere modo debito. Dico igit̃ q̃ incōtinens ⁊ itemperatus qui sunt incurabiles sunt inutiles auditores huius scie quantū ad finē mediatū qui est bene agere circa materiā moralē: tm̄ quāt̃ū ad finē imediatuz pñt esse auditores vtiles scie moralis. ¶ Et si dicat̃ q̃ speculari est melius q̃z operari vt patet ex 10° huius. vbi probat̃ q̃ felicitas perfecta cōsistit in speculatione magis q̃z in operatione. ergo non videt̃ q̃ operari sit finis eius qō est speculari: sed magis ecōuerso. ¶ Dicēdū est q̃ speculari p̃m habitū practicū ordinat̃ ad operari ⁊ est impfectius q̃z operari p̃m eundē habitū. melius est enī operari frenū q̃z tm̄ speculari frenuz. ¶ Ad id qō dicit ꝓbs rñdeo ⁊ dico q̃ speculari deū ⁊ substātias separatas a materia est melius q̃z operari p̃m prudentiā aut virtutes morales: ⁊ hoc itelligit ꝓbs: tamē operari p̃m virtutes morales est melius ⁊ perfectius q̃z speculari eas tm̄.

11ª cōclo huiꝰ p. li.

Dubium

Solutio Duplex finis huius scientie.

Instantia

Cōfutatio

Solutio Quonam mō speculari est pfectiꝰ operari: ⁊ ecōtra.

M Tract. 2°.

DIcamus aūt resumētes.

¶ Tractatus scōs p̃mi libri: in quo mouetur ⁊ soluit̃ scōa questio p̃ncipalis p̃mi libri querens qd est felicitas: declarans in quo vel in quibus nō cōsistat felicitas: ⁊ etiā in quo cōsistit felicitas: ex quo apparebit quid est felicitas: ⁊ cōtinet iste tractat⁹ quinque capl̃a. ¶ In p̃mo narrant̃ in gīali opiones antiquoꝝ de felicitate: ⁊ etiā ponit̃ ordo pcedendi in inuestigando quid est felicitas. ¶ In scōo ibi [Nos autez dicamus.] declarat̃ q̃ de rebus nobis manifestis nō est felicitas: qō tamē opinatur esse felicitas: quia nec voluptas nec bonor nec virtus nec diuitie. ¶ In tertio ibi [Qō autem vniuersale melius.] declaratur q̃ felicitas non cōsistit in bono sepato a nobis ĩmanifesto: sicut platonici posuerūt. ¶ In 4° ibi [Rursus autē redeamus.] declarat quid est felicitas determinādo de ipsa p̃m opionē ꝓprią. ¶ In 5° ibi [Scrutādū vtiqz.] declarat q̃ opio sua de felicitate est va: ꝓ hoc q̃ ꝓcordat opionib⁹ aliorꝝ oiuz declarādo q̃ felix indiget illis in gb⁹ alij posuerūt felicitatē consistere.

N

¶ Sed nunc repetentes dicamus: cum omnis cognitio atqz electio bonū quoddam affectet: quidnam sit id quod ciuilem appetere dicimus facultatem: ⁊ quid id quod omnium rex agendarum supremū est bonū.

Caput p̃m 2. tractat⁹ h⁹ p̃mi li. Prīa ps capituli.

DIcamus autem resumentes: qm̄ oīs cognitio ⁊ electio bonū aliquid desiderat: quid est hoc quod dicimus ciuilem desiderare: ⁊ quod est: omnium operatorum summum bonum.

p̃. c. 2. tract. diuisio in duas ptes p̃n.

IStud est capl̃z p̃m 2ᵘ tractat⁹ ꝓtinēs duas ptes p̃n⁹. In p̃⁹ narrant̃ i gīali opiones aliorꝝ ō felicitate. In scōa ibi [Nō lateat aūt.] docet ordinē pcedendi in inuestigādo diffōnē felicitatis. ¶ Prīa ps ptinet duas pticulas. ¶ In p̃⁹ narrat itētionē suā resumēdo q̃dā p̃us dicta. In 2ª ibi [Noīe qdē igit̃.] narrāt̃ in gīali opiones aliorꝝ de felicitate q̃ est finis vltim⁹ oiuz humanorꝝ. ¶ In p̃⁹ igit̃ pticl̃a narrat itētionē suā dicēs: q̃ cū oīs cognitio ⁊ electio desideret aliqō bonū: oz dicē qd ē illō bonū qō ciuilis scia desiderat: ⁊ qd est sūmū bonū oiuz opatorꝝ: vñ cū ad ciuilē sciaz ptineat ꝓsiderare ō fine vltio actuū humanorꝝ vt dictū est. oz dicē qd est finis vltim⁹ ad quē oēs opatiōes humane ordināt̃: ⁊ hec ē qō 2ª p̃n⁹ h⁹ p̃ libri. s. qd ē felicitas.

D

¶ Sciēdū q̃ ꝓbs supi⁹ posuit q̃tuor q̃rū qōlz vz appetē bonū cū dixit [Oīs ars ⁊ oīs doctrina ⁊c.] Sed hic duo tm̄ ponit. s. cognitionē ⁊ electionē: qz hic sub cognitōe cōprehēdit artē ⁊ doctrinā: ⁊ sb electōe cōprehēdit tā ipaz electionē q̃z actū: ⁊ executionē que ab electione pcipit̃ ⁊ pcedit.

C.p°.

P

¶ Nomine igitur omnes fere de ipso consentiunt. Nā ⁊ vulgus ⁊ elegātes: felicitatē inquiunt esse. Atqz bñ viuere bñqz agere ⁊ felicē eē: eadē eē putāt. De felicitate aūt quenā sit dissentiēt: ⁊ nō silr̃ vulgus ac sapiētes eā assignat. Quidā enī vnū qd eorꝝ que clara manifestaqz sunt ipsam esse putāt voluptatem: aut diuitias: aut bonorem. Quidā aliquid aliud: persepe etiā vnus idēqz diuersum. Nam cum egrotat sanitatē: cū pauper est diuitias: ignorantie vo cōscij sue eos admirantur qui magnum aliquid ⁊ vltra vires ipsorum dicūt. Quidā aūt ꝓter hec plura bona aliud quoddam per se esse putabant: quod quid ⁊ his vniuersis vt sint bona censuere causam esse. Omnes igitur opiniones scrutari supuacaneum est fortasse. Satis aūt erit si eas scrutabimur que maxime extant: aut rationem aliquam habere videntur.

Q

Hic narrāt opiones de felicitate.

¶ Nomine quidē igitur fere a plurimis cōfessuz est. Felicitatē enīz ⁊ multi ⁊ excellētes dicūt: bene aūt viuere ⁊ bene opari idē existimāt et qō est eē felicez. ¶ De felicitate aūt que est altercant̃: ⁊ nō silr̃ multi sapientibus crediderunt: bi quidē enim apertorum quid ⁊ manifestorum. vtputa voluptatem aut diuitias: aut bonorem. Alij autem aliud. Multotiens autem ⁊ idem ipse alterum. Egrotans enīz quidem sanitatem: mendicans enim diuitias. Conscij autem sibiipsis ignorantie eos qui magnum aliquid ⁊ super ipsos dicunt admirantur. Quidam autez existimauerunt ꝓter hec multa bona: aliud esse p̃m seipsuz qō ⁊ oībus causa est essendi bonū. ¶ Omnes quidez igitur pscrutari opiones inanius fortassis est: sufficiēs aūt eas maxime que superficietenus apparēt vel extimant̃ habere aliquā rōnem.

A

iniustus inequalis. ſ. ille q̃ vult habere minus de malis. ſ.
de laborib⁹ ꝛ inopia ꝛ alys defectib⁹: ꝛ iõ iustus dr̃ duplr̃.
vno mõ dr̃ iustus legalis vt obſeruator legis. ꝛᵒ mõ dr̃ iu/
stus eq̃lis. ſ.qꝛ equal'r vult hãe de bonis ꝛ de malis: equale
eniz opponiꝯ vtriqz. ſ. ei qõ est in plus: ꝛ ei qõ est in minᵒ.
Et ſi obyciaꝯ ſic. Iniustus dr̃ tripl'r: ꝛ quotiẽs dr̃ vnũ oppo
ſitoꝝ totiens dr̃ reliquũ. igiꝯ iustũ dr̃ tripl'r. ¶ Dõm est q̃
quotiẽs dr̃ vnũ oppositoꝝ ꝛc̃. hoc est verũ: niſi vnuz ſigni
ficatũ vnius oppositoꝝ opponaꝯ pluribus ſignificatis al/
terius oppositoꝝ quõ est in ꝓposito: qm̃ iustus eq̃lis oppo
nitur tã iniusto ineq̃li q̃ iniusto avaro: qꝛ equale opponiꝯ
taz ei qõ est in plus q̃ ei qõ est in minus. Vel dõm q̃ iniu
stuz p̃ncipal'r ſolũ dr̃ duobus modis. ſ. iniustus illegalis ꝛ
iniustus inequalis: ꝛ iniustuz inequale diuidiꝯ vlterius in
iniustuz q̃ vult plus hãe de bonis ꝛ in iniustũ q̃ vult habe/
re minus de malis. Uterqz enim istoꝝ iniustus inequalis
est: ꝛ ſm hoc regula ſic ꝛtelligiꝯ: quotiens dr̃ vnũ oppoſito
rũ totiens dr̃ reliquũ: loquẽdo de oppoſito p̃mo: ꝛ imedia
to: ꝛ ſic ſicut iustus dr̃ duobus modis tm̃. ſ. de iusto legali ꝛ
equali: ita iniustus: qõ p̃mo opponiꝯ iusto dr̃ p̃mo de duo/
bus tm̃. ſ. de iusto illegali ꝛ de iniusto ineq̃li: ꝛ ẽt iniustum
inequale diuidiꝯ in iniustũ ineq̃lez q̃ vult habere plus de
bonis: ꝛ ille ꝓpꝛie dr̃ avarus: ꝛ in iniustũ inequalez q̃ vult
habere minus de malis: quãuis cõiter loquendo inequale
ſit cõe vtriqz. ſ. ei qui vult hãe plus de bonis ꝛ ei q̃ vult ha
bere minus de malis. vñ ineq̃le põt accipi large ꝛ ſtricte:
ſi accipiaꝯ large ſic dr̃ tam de eo qui vult habere plus de
bonis q̃ de eo q̃ vult habere minᵒ de malis. ſi accipiatur
ſtricte ſic ſolũ dr̃ de eo q̃ vult habere minᵒ de malis. Et ſi
accipiaꝯ large ſic opponiꝯ p̃mo ꝛ imediate iustitie equali:
ꝛ ſic ſicut iustũ dr̃ p̃mo ꝛ p̃ncipal'r ſolũ duobus modis: ita
iniustũ dr̃ p̃ncipal'r duobᵒ modis tm̃. ſ. iniustũ illegale ꝛ in/
iustũ inequale. ſil'r accipiẽdo iniustũ ineq̃le cõiter iniustũ
inequale ſic acceptũ dr̃ duplr̃: vt pz ex p̃dictis. [Quia aũt
avarus.] Dic manifestat p̃dictã diuiſionẽ iniusti ꝛ dicit q̃
qꝛ avarus vult plus hãe de bonis: iõ est circa bona que ho
mines appetunt: nõ tm̃ est circa oia bona: sed ſolũ circa illa
circa que est bona fortuna ꝛ ifortuniũ. Huiꝯ aũt ſimpl'r. i.
absolute in ſe ꝓſiderata ſunt bona: alicui tm̃ nõ ſemp ſunt
bona: qꝛ nõ ſemp expediunt hoi: hoies enim petunt a deo
in orationib⁹ ſuis hꝯ bona ac ſi eis eſſent ſemp bona: ꝛ ex
hoc efficiunt avari ꝛ iniusti: qꝛ nõ opz ſic orare: ſed orãdo
a deo petere: vt ea que ſunt ſm ſe bona ſint eis bona. [In/
iustus aũt nõ ſemp.] Inequalis ẽt dr̃ iniustus nõ ſemp: qꝛ
plus eligit: ſed q̃ñqz qꝛ minus eligit de ſimpl'r malis: ſicut
ſunt labores inopia ꝛ hꝯ: ſed qꝛ minus maluz vr̃ aliqual'r
eſſe bonũ cũ avaritia ſit reſpectu boni vt dicuz est: videl'
pp hoc q̃ ille q̃ minus vult hãe de malis ſit quodãmõ ava
rus: ſz verius dr̃ q̃ est ineq̃lis: qꝛ hoc cõtinet vtrũqz. ſ. illõ
qõ est minus: ꝛ illõ qõ est plus. [Et illegalis.] Illegalis. n.
dr̃ iniustus: ꝛ hec illegalitas ſm quam dicit aliqs iniustus
est quedã ineq̃litas: ꝛ cõtinet oẽm iniustitiã: ꝛ est cõis re/
ſpectu oĩs iniuſtitie: vt patebit infra. ¶ Sciendus est ſm
Lincoñ. q̃ hoc nomen avarus ſil'r ꝛ hoc nomen avaritia
ſumit dupl'r. ſ. cõiter ꝛ ꝓprie: qñ ſumunt cõiter ſic ſunt in/
differẽter reſpectu maiozis boni ꝛ minozis malitia q̃ oĩs
qui plus equo eligit de bonis ꝛ minus equo de malis ava/
rus dicit cõiter: ſed ꝓprie dicit reſpectu maiozis boni: q̃

p̃ᵒ cõclo buiᵒ qnũ libꝛi.

Instantia Solo. K

L

M

Nõn

ꝓprie eniz dicit avarus q̃ plus equo eligit de bonis. N

¶ Cũ aũt leguz transgressoꝛ ſit iniustus: q̃ vo legitime
facit iustus: constat oia legitima esse quodãmõ iusta.
Ea nãqz que a facultate ferendaꝝ leguz ſunt definita
legitima ſunt: ꝛ hoꝝ vnũq̃ꝫ iustũ dicimus esse. Ipse
aũt leges de oĩbus dictant: cõiectantes aut cõez oĩuz
vtilitatẽ: aut optimoꝝ: aut p̃ncipiũ: vel virtute vel ali
quo alio tali mõ. Quare vno mõ dicimᵒ iusta ea que
felicitatẽ eiuſqz ꝑtes, ſocietati ciuili efficiũt ꝛ cõſeruãt.
Precipit aũt lex ꝛ ea agere que ad virũ ꝑtinent fortẽ:
vt nõ deſerere locũ in acie: nõ fugere: non abijcere ar/
ma. Et itẽ ea que ſunt tẽperãtis: vt nõ cõmittere adul
teriũ: nõ libidine vti. Et etiã ea que ſunt manſueti: vt
nõ pulſare: nõ cõuitia dicẽ. Et in ceteris idẽtidẽ vtuti
bus atqz vitijs alia iubẽs: alia vetãs. Recte qdẽ: ea q̃
recte poſita est: deteriᵒ aũt ea q̃ icõſulte est exarata. O

¶ Quia aũt illegalis iniustus erat legalis autez 4ᵃ pꝛs.
iustus: manifestũ aũt qm̃ oĩa legalia ſunt aliq̃lr
iuſta: determiata aũt a lege poſitiua legalia ſũt:
ꝛ vnũq̃ꝫ hoꝝ legalium iuſtuz esse dicimus.
¶ Leges aũt dicunt de oĩbus cõiectantes: vel
cõiter cõferentes oĩbus: vel optimis: vel dñis:
vel ſm virtutẽ: vel ſm aliquẽ modũ aliuz. Qua
re ſm vnũ qdẽ moduz iuſta dicimᵒ factiua ꝛ cõ
ſeruatiua felicitatis ꝛ ꝑticularũ ipſius politica
cõicatione. ¶ Precipit autẽ lex ꝛ fortis opera
facere: puta nõ derelinquere aciẽ: neqz abijcere
arma: ꝛ que tẽperati: puta nõ mechari neqz cõ/ P
uitiari: ꝛ q̃ mãſueti: puta nõ ꝑcutere neqz ꝓtẽde
re: ſil'r aũt ꝛ ſz alias virtutes ꝛ malitias: hec aũt
qdẽ iubens: hec autẽ ꝓhibens: recta quidez est
poſita recte: deterioꝛ autẽ apoſchediaſmenos.

¶ Hec est 4ᵃ pars p̃ncipalis huiᵒ capl'i: in qua ꝓbs deter/
minat de iuſtitia ꝛ de iuſto legali. ꝛ cõtinet duas ꝑticulas.
In p̃ᵒ determinat de iuſto legali. In ꝛᵃ ibi [Ipſa quidem
igiꝯ.] Determinat de iuſtitia legali. In p̃ᵒ igiꝯ ꝑticula oſtẽ/
dit q̃lia ſunt legalia: ꝛ reſpectu cuius finis aliqd ſtatuitur
a lege: ꝛ de q̃bus lex ſtatuit: ꝛ que precipit. Dicit igiꝯ q̃ qꝛ
illegalis est iniustus ꝛ legalis iuſtus: iõ oĩa legalia ſunt ali/
qual'r iuſta: ꝛ hec est ꝓclo ꝛᵃ huius libꝛi. ſ. q̃ oĩa legalia ſũt
aliqual'r iuſta: ꝛ pbaꝯ ſic. Quecũqz ſunt determiata ꝛ ſta/ 2ᵃ cõcl. buiᵒ qnũ libꝛi.
tuta per legem poſitiuã ſunt aliqual'r iuſta: ſed oĩa legalia
ſunt determinata ꝛ ſtatuta a lege poſitiua. iõ ꝛc̃. ¶ Intel/ Nõn Q
ligendũ est q̃ ꝓbs dicit aliqual'r: qꝛ oĩs lex daꝯ in ordine
ad aliquã politiã: ſed in oĩ politia nõ est ſimpl'r iuſtũ: ſz in
q̃busdã est ſolũ iuſtũ ſm qd: vt pz per ꝓbm 3ᵒ politice. nã
in politia democratica in qua totus populus diñaꝯ attẽdit
iuſtũ ſz qd: ꝛ nõ ſimpl'r. In illa eniz politia est iuſtũ q̃ oẽs
ciues ſunt equales ſz qd. i. ſm libertatẽ. vñ illa que ſtatũ/
tur ſm legẽ democraticã nõ ſunt ſimpl'r iuſta: ſed ſunt ali/
qual'r iuſta. [Leges aũt dicunt.] In legibus aũt ferendis
intendit tangẽ finis illud qõ est vtile ei qõ est p̃ncipale in
ciuitate. ſ. illõ qõ est vtile toti ciuitati: ſicut est in rectis po/
litijs in q̃bus intẽdit bonũ cõe vel intẽdit illud qõ est vti/
le optimis. i. aliq̃bus maozib⁹ de ciuitate p̃ quos ciuitas
regitur: vel intẽdit illud qõ est vtile dñis ſicut in politijs
que regunt regibus vel tyrãnis: ꝛ qꝛ cõis vtilitas humana
p̃ncipal'r ozit ad felicitatẽ: manifestũ est q̃ ſm vnũquẽqz
modũ legalia dicunt ea que ſunt factiua ꝛ cõſeruatiua fe/
licitatis

licitatis. [Et ꝑticularũ ipſius.] Idest eaꝝ que ad felicitatẽ
ordinant vel p̃ncipal'r ſicut virtutes: vel inſtrumẽtal'r ſicut
diuitie: ꝛ hꝯ bona exterioꝛa: ꝛ hoc q̃ cõpationẽ ad cõitatez
politicã ad quaz reſpicit poſitio legis. [Precipit aũt lex.]
Oſtendit que p̃cipitint ꝛ ſtatuunt a lege. d. q̃ lex p̃cipit ea
que ꝑtinent ad ſingulas virtutes. Precipit eniz facere opa
fortitudis: vt nõ ꝓcere arma in bello: ꝛ nõ derelinquere
aciem. precipit ẽt ea que ꝑtinent ad tẽperantiã: vt nõ me/
chari. p̃cipit etiã ea que ꝑtinent ad manſuetudinem: vt q̃
vnus bõ nõ ꝑcutiat aliũ ex ira. vñ lex p̃cipit nõ percutere
nõ cõtẽdere: ꝛ eodẽ mõ est de alys virtutib⁹ quaꝝ actᵒ lex
iubet: ꝛ de alys malitys quaꝝ actᵒ lex ꝓhibet. Et ſi lex re
cte ponaꝯ circa iaz dicta vr̃ lex recta. alia vo lex que nõ re/
cte poniꝯ que est ꝺterioꝛ dicet apoſchedia ſiue cyres. i. lex
poſita repẽte: ꝛ ſine debita ꝓuidentia ꝛ p̃meditatione.

B ¶ Hec igiꝯ iuſtitia pfecta qdẽ est virtus: at nõ abſolu/
te: ſed ad aliuz: atqz ob idipſum iuſtitia preclariſſima.
Perſepe virtutũ eſſe videt: ꝛ neqz est heſperus itaqz:
neqz luciſer admirabilis. Et ꝓuerbio dicẽ ꝓſueuimᵒ.
Iuſtitia in ſese virtutes continet omnis.
Atqz perfecta maxie virtus est: qꝛ perfecte virtutis est
vſus. Idqz est ex eo qꝛ nõ ad ſe ſolũ: ſed ad aliũ ẽt is q̃
ipſaz hꝯ vti virtute põt. Cõplures eniz in ꝓprijs qdem
vti virtute poſſunt: ſed in iis que ſunt ad aliuz nequeũt.
Et ꝓpterea ſententia Biantis illa bñ ſese hꝯ. Magi/
ſtratus viruz oſtendet: ad aliũ. n. est: ꝛ in ſocietate iam
ipſe magiſtratus cõſiſtit. Ob id aũt ipſuz ꝛ alienũ bo/
nũ ipſa iuſtitia ſola ex oĩbus virtibus ꝛ habet ꝛ est: cũ
ſit ad aliuz. Agit. n. ea que alij vel principi: vel reipu/
blice cõferunt. Peſſimus igitur est qui ad ſeipſuz ꝛ ad
amicos vtitur prauitate. Optimus aũt nõq̃ ad ſeipm:
ſed qui ad aliũ vtit ipſa virtute: hoc eniz est opus diſ/ C
ficile. Hec igiꝯ iuſtitia nõ pars virtutis: ſed tota est vir/
tus. Simil'r ꝛ iniuſtitia huic cõtraria nõ vitij pars ſed
totũ vitiũ est. Quid aũt interest inter hanc iuſtitiam ꝛ
virtutem ex iis que diximus innoteſcit: ſunt eniz idez:
eſſe autẽ nõ est idez. Sed quo quidem est ad alium est
iuſtitia: quo vo talis est habitus ſimpl'r virtus.

¶ Ipſa qdẽ igiꝯ iuſtitia virtus qdẽ est pfecta: ſed
nõ ſimpl'r: ſz ad alteꝝ: ꝛ pp hoc multotiẽs p̃cla
riſſima virtutũ eſſe vr̃ iuſtitia: ꝛ neqz heſperus
neqz luciſer ita admirabilis: ꝛ pp hoc ꝓuerbiũ
dicentes aimus. ¶ Iniuſtitia aũt ſimul oĩs vir
tus est. ꝛ pfecta maxie virtus: q̃m pfecte virtutis
vſus est. ¶ Perfecta aũt est: q̃m bñs ipſaz ad
alteruz põt virtute vti: ſz nõ ſolũ ad ſeipſuz: mul
ti eniz in ꝓprijs qdẽ virtute pñt vti: in his autez
que ad alteruz nõ pñt: ꝛ pp hoc bñ videt hãe B
biantis: q̃m principatus virũ oſtẽdit: ad alterũ
eniz ꝛ in cõicatione iaz princeps: ꝓpter hoc aũt
ipſuz ꝛ alienũ bonuz videt eſſe iuſtitia ſola vir
tutũ: q̃m ad alterũ est. Alij autẽ cõferẽtia opaꝯ
vel principi vel cõmuni. ¶ Peſſimus qdẽ igiꝯ
qui ad ſeipſuz ꝛ ad amicos vtiꝯ malitia. O pti
mus aũt nõ qui ad ſeipſuz virtute: ſz q̃ ad alteꝝ:
hoc eni opus difficile. ¶ Hec qdẽ igiꝯ iuſtitia:
nõ pars virtutis: ſed tota virtus est: neqz ꝓtraria

iniuſtitia pars malitie: ſz tota malitia. ¶ Quid E
aũt differt virtus ꝛ iuſtitia hoc manifestũ ex his
que dicta ſunt: est qdẽ eniz eadez eſſe ſubiecto:
rõne aũt nõ idẽ ſz ſm q̃ ad alterũ quidẽ iuſtitia:
ſm aũt q̃ talis habitus ſimpl'r virtus.

¶ Hec est 2ᵃ ꝑticula 4ᵃ ꝑtis p̃ncipalis: in qua determinat
de iuſtitia legali. ꝛ p̃mo narrat q̃ iuſtitia legalis de q̃ nũc
loqmur est virtus pfecta: ſz nõ ſimpl'r ſed ad alterũ: ꝛ pp B
iuſtitia vr̃ eſſe p̃clariſſima virtutuz: ꝛ neqz heſperus. i. ſtella
p̃clariſſima veſpertina: neqz luciſer. i. ſtella preclariſſima
matutina est ita admirabilis: vt ita fulgeat ſicut iuſtitia.
[Iniuſtitia.] Oſtẽdit q̃uo iuſtitia ſe hꝯ ad alias virtutes. ꝛ p̃
narrat dicẽs q̃ iuſtitia legalis ꝓfiſtit in vſu virtutis q̃ est ad
alteꝝ: ꝛ ſz oẽm virtutẽ de qua lex p̃cipit: ꝛ iõ in ipſa iuſtitia
ſil'r cõprehẽdunt oẽs virtutes: ꝛ ipſa est virtus maxie pfecta. E
[Perfecta aũt.] Probat 2ᵒ q̃ ꝓpoſuit. ſ. q̃ iuſtitia legalis
est virtus maxie pfecta: ꝛ q̃ icludit oẽz virtutẽ. p̃ᵐ pbat: ꝛ est
ꝓ 3ᵒ. ſ. q̃ iuſtitia legalis est virtus maxie pfecta: ꝛ pbaꝯ ſic.
Illa virtus de q̃ ꝓtingit bñ vti nõ ſolũ ad ſeipz: ſz ẽt ad alte 3ᵒ cõcl. buiᵒ qnũ libꝛi.
rũ est virtus maxie pfecta: qꝛ pfecti⁹ est bñ vti virtute ad ſe/
ipz ꝛ ad alteꝝ q̃ ad ſeipz tm̃: ſz iuſtitia legali ꝓtigit vti ad
alteꝝ ꝛ nõ ſolũ ad ſeipm qõ nõ ꝓtingit oĩbus virtuoſis. ſ. bñ
vti virtute ad alteꝝ: qꝛ multi pñt vti virtute in ꝓprijs ꝛ ad ſe/
ipſos q̃ nõ pñt vti virtute in his q̃ ſunt ad alteꝝ vt manife/
ſtũ est: iõ iuſtitia legalis est vr̃ maxie pfecta. Maioꝛ. ſ. q̃
pfectio virtutis attẽdit penes B q̃ vnᵒ bñ ſe hꝯ ad alteruz
declaꝯ p̃ puerbiũ Biãtis: q̃ fuit vnᵒ de ſeptẽ ſapiẽtib⁹ qõ
est tale: p̃ncipatᵒ virũ oñdit. ſ. vtꝝ ſit pfectᵒ vel iſufficiẽs.
Ille q̃ est p̃nceps iã ſe hꝯ in cõicatiõe ad alteꝝ: ad p̃ncipez
eni ꝑtinet gubernare ſubditos: ꝛ diſponẽ ea q̃ ordinant ad
boᵐ cõe. ꝛ ex B pz q̃ pfectio virtutis attẽdit ex B q̃ vnᵒ bñ. B
ſe hꝯ ad alteꝝ: ꝛ ſic pz maioꝛ: ꝛ minoꝛ ẽt. ſ. q̃ iuſtitia lega/
lis est ad alteꝝ declaꝯ p̃ aliũ puerbiũ: qõ est tale. Sola. n.
iuſtitia iter alias virtutes vr̃ eẽ alienũ boᵐ: qꝛ est ad alteruz
inquãtũ itẽdit opari ea q̃ ſũt vtilia alteri: vt cõitati vel p̃n
cipi cõitatis. Alie aũt virtutes itẽdũt opari bonũ ꝓpriũ: vt
tẽpantia itẽdit getare aiuz a turpib⁹ ꝓcupiſcẽtijs: ꝛ ſic de
alys virtutib⁹ ꝛc̃. [Peſſimᵒ qdẽ igiꝯ.] Ex his ꝓcludit ꝓnẽ in/
tẽtã. ſ. q̃ iuſtitia legalis est pfectiſſima vr̃: ꝛ iuſtus legalis
optimᵒ iter virtuoſos: ꝛ dicit q̃ ſiꝯ ille est peſſimᵒ q̃ vtiꝯ ma/
litia nõ ſolũ ad ſeipz: ſz ad amicos: ita ille ẽ optimᵒ q̃ vtiꝯ
virtute nõ ſolũ ad ſeipz: ſz ẽt in cõpõne ad alios. Doc. n. est
maxie difficile. Sic igiꝯ pz q̃ iuſtus legalis ẽ optimᵒ ꝛ iuſ/
titia legalis est pfectiſſima vr̃. [Hec qdẽ igiꝯ iuſtitia.] Ex
iã dictis ꝓcludit vnũ qõ p̃us narrauit: ꝛ est q̃ iuſtitia lega/
lis est tota vr̃: ꝛ hec est ꝓ 4ᵃ ꝛ pbaꝯ ex pcedẽtib⁹ ſic. Illa D
vr̃ ad quã ꝑtinet vti q̃lz virtute est tota vr̃: ſz ad iuſtitiã le/
galẽ ꝑtinet vti q̃lz virtute: iõ ꝛc̃. Maioꝛ pz ꝛ minoꝛ declaꝯ.
nã ad iuſtitiã legalẽ ꝑtinet vti oĩ virtute q̃ ꝓtigit vti ad alte
rũ: ſz oĩ virtute ꝓtigit vti ad alteꝝ: ꝛ iõ ꝓcludit q̃ hec vr̃. ſ.
iuſtitia legalis nõ est ꝑs virtutis: ſz ẽ tota vr̃: neqz iniuſtitia
ꝑia iuſtitie legali est ꝑs malitie: ſz est tota malitia. [Quid
aũt differt.] Remouet duᵐ: qꝛ ſz ꝑdicta poſſet alicui vide
ri q̃ iuſtitia legalis ꝛ vr̃ ſimpl'r dcã eẽnt oĩno idẽ: ꝛ q̃ q̃lz
vr̃ moralis eẽt iuſtitia legalis cũ q̃lz virtute morali ꝓtingat
vti ad alium: qõ vr̃ eẽ ꝓpriũ virtuti legali. Iſtud remouet ꝛ
oſtẽdit q̃uo differũt vr̃ ꝛ iuſtitiã legalis: ꝛ dicit q̃ manifᵐ
est ex his q̃ dcã ſũt q̃ iuſtitia legalis ꝛ vr̃ ſũt idẽ ſz ſubaz: Duo duᵒ p̃ᵐ ꝛᵐ
ſz nõ ſũt idẽ ſz rõnẽ. nã illõ idẽ qõ in cõpõne ad alteꝝ dr̃ Argr̃ p̃ ad p̃ᵐ dubitꝛ.
iuſtitia: ſz ſe ꝛ ſz q̃ est talis hit⁹ dr̃ ſimpl'r vr̃. ¶ Dic oc/
currũt duo duᵒ. p̃ᵐ est. vtꝝ iuſtitia legalis diſtinguaꝯ ſpeci
fice ab alys virtutib⁹. ꝛᵐ dubiũ vtrũ iuſtitia ſit p̃clariſſima
virtutũ. ¶ Ad p̃ᵐ argr̃. Et vr̃ q̃ non ſit virtus diſtincta: qꝛ oĩs
virtus ſpecie diſtincta ab alys est pars ſubiectiua virtu-

tis:sed iustitia legalis non est pars subiectiua virtutis:vt patet per philosophum in textu qui dicit:q̃ iustitia legalis non est pars virtutis sed est tota virtus.ergo ꝛc. ¶ Itē iustitia legalis est eadem ꝟm substantiam cum virtute in cōmuni per phm in textu.sed virtus in cōmuni non distinguit specie a suis specieb⁹.igit iustitia legalis nō distinguit specie ab alys vtutibus. ¶ In oppositum vt hic esse phs qui diuidit iustitiā in iustitiā legalē ꝛ particularem. Item 3° politice dicit phs q̃ nō est eadē vtus boni viri ꝛ boni ciuis:sed aliqs dicit bonus vir absolute per alias virtutes:ꝛ p iustitiā legalē dicit bonus ciuis.igit ꝛc. ¶ Ad 2m dubiū arguit pbando q̃ iustitia nō est preclarissima virtutū:q̃ magis laudabile ꝛ magis pclarū est dare suum: qd fit per liberalitatē q̃ dare alienū:qd fit per iustitiā.igit liberalitas est magis laudabilis ꝛ magis preclara q̃ iustitia. ¶ Itē quanto aliqua vtus est circa magis difficile tanto melior est ꝛ preclarior:sed fortitudo que est circa pericula mortis est circa magis difficile:q̃ difficili⁹ est aggredi pericula mortis q̃ dare vnicuiq; qd suum est:qd ptinet ad iustitiā.igit fortitudo est melior ꝛ pclarior q̃ iustitia: ideo ꝛc. ¶ In oppositū est phs in littera. ¶ Ad pm dum dicunt qdā q̃ iustitia legalis distinguit ab alys vtutibus: sicut totū integrale a suis partibus.naz iustitia legalis est tota virtus:ꝛ nō est pars vtutis sicut dicit phs. Istud tñ non videt verū:q̃ sicut iustitia legalis est tota virtus:ita iniustitia illegalis est tota malitia:sicut dicit phs.Si igit iustitia legalis esset qdam aggregatū ex oibus virtutib⁹ sequeret q̃ iniustitia legalis esset qdam integrale aggregatū ex oibus vitys hoc est ipossibile:q̃ si esset hoc verū nullus posset habere iniustitiā illegalem:nisi haberet oia vtia:ꝛ sic nullus posset esse iniustus illegalis:q̃ si aliquis esset talis ille haberet oia vitia:ꝛ sic idez homo esset pdigus ꝛ illiberalis ꝛ audax ꝛ timidus:ꝛ sic cōtraria inessent eidem simul in actu:qd est impossibile. Nō igit est iniustitia illegalis totū integrale aggregatū ex oibus vitys:ꝛ per ꝛns iustitia legalis nō est aggregata ex oibus virtutibus. ¶ Itez phs in textu dicit q̃ iustitia legalis ꝛ virtus sunt idem realr:sed ꝟm esse hoc est ꝟm diffōnez nō sunt idez: ꝟz ꝟz q̃ ad alterū.s.ad bonū cōmune sic dicit legalis:ꝛ ꝟz q̃ est talis habitus sic dicit virtus simplr. Ex hoc arguit sic.Quecūq; sunt eadē ꝟz substātiā de quocūq; dicit vnū de eodē dicit reliquū:sed iustitia legalis ꝛ virtus sunt idē ꝟm subam:ꝛ virtus vere predicat de omni virtute:igitur iustitia legalis vere predicatur de omni virtute:sed aggregatum ex oibus virtutibus nō predicat vere de omni virtute.igitur iustitia legalis nō est totū integrale aggregatū ex oibus virtutibus. ¶ Ideo videt mihi ꝟm intentionez phi ꝛ Cōmētatoris hic q̃ iustitia est cōmunis per pdicationē de omni virtute morali:q̃ ois virtus cuius actū lex precipit est iustitia legalis ꝟm phm:sed actus oium virtutū pcipit lex:ideo ois virtus est iustitia legalis. ¶ Sciēdum est igit q̃ iustitia legalis est virtus qua homo bñ disponit in ordine ad bonū cōmune.ꝛ iustitia particularis p quaz homo bene disponitur ad bene operandū in ordine ad personā singularē:ꝛ virtus simplr accepta est habitus per quē hō bene disponit in ordine ad seipsuz. Nunc aūt per eundē habitum per quē homo bene disponit in ordine ad seipsuz bene disponitur in ordie ad bonū cōmune. nam per tēperantiaz homo bene disponitur in seipso:ꝛ p temperantiaz homo bene disponitur in ordine ad bonuz cōmune. Temperatus enim mediante habitu temperantie bene viuit in cōmunitate nō faciendo iniuriā alteri pp cōcupiscentiaz suam adimplendaz:ꝛ mansuetus bene viuit ꝟm se ꝛ sine perturbatione:ꝛ etiaz bene viuit in cōmunitate absq; contumelia ꝛ ira ꝛ rixa:ideo dico q̃ virtus ꝛ iustitia legalis sunt eiusdem cōmunitatis quātum ad suppositū:nec est iustitia legalis virtus specialis distincta ab alys vtutibus:sicut nec hoc cōmune virtus est virtus distincta:ꝛ ideo dicit phs q̃ iustitia legalis est tota virtus: q̃ est totum vle continens sub se omnē virtutē in ordine ad bonuz cōmune. Dico etiā q̃ virtus inquātū legalis est perfectior seipsa inquantū est virtus.nam ꝟm q̃ perficit hominez in ordine ad bonū cōmune est perfectior q̃ ꝟm q̃ perficit hominē ꝟm se:ꝛ ideo dicit phs q̃ iustitia legalis.i.inquantū legalis est preclarissima virtutū. ¶ Ad rōnes in oppositū dōm q̃ phs distinguit inter iustitiam legalē ꝛ particularē iustitiam:nō sicut inter partes subiectiuas iustitie:sed sicut inter supius ꝛ inferius:quō in 2° physico p̃z distinguit inter casuz ꝛ fortunā per hoc q̃ omne qd fit a fortuna fit a casu ꝛ non econuerso.ꝛ in quarto huius distinguit inter liberalitatem ꝛ magnificentiā tanq̃ inter superius ꝛ inferius. ¶ Ad aliud.s.cum dicit q̃ nō est eadem virtus boni viri ꝛ boni ciuis. Dico q̃ est eadē virtus ꝟm substantiaz ꝛ est alia ꝟm diffōnez:q̃ virtus boni ciuis ꝟm q̃ hui⁹est in ordine ad bonū cōmune ciuitatis. ¶ Ad 2m dubium est dicendū q̃ iustitia legalis inquantū est legalis est preclarissima oium virtutū morali;q̃ inquantuz sunt morales:q̃ finis iustitie legalis ꝟm q̃ huius est melior:ꝛ obiectuz est melius.nam finis iustitie legalis est cōseruatio boni cōmunis ꝛ obiectū eiⁿ est obiectū cōmune: qd est melius ꝛ diuinius q̃ bonū particulare:vt patet ex primo huius. Alie aūt virtutes sunt circa obiectū particulare ꝛ finez particularem.ergo ꝛc. Dico etiā q̃ iustitia particularis est preclarior omni alia virtute morali:q̃ iustitia particularis est in voluntate:ꝛ alie virtutes morales sunt in appetitu sensitiuo:vt declaratū est in fine primi huius:ꝟz voluntas est perfectior appetitu sensitiuo.ergo ꝛc. ¶ Itē alie quedaz virtutes morales intendunt bonum hominis in ordine ad seipsum:sed operari bonum in ordine ad alterum qd est alienū bonum est difficilius q̃ operari bonū ppriuz:ꝛ illa virtus que est circa difficilius est magis preclara. ¶ Ad pm in cōtrariuz dōm q̃ dare suum ppriū est magis laudabile q̃ dare alienuz ceteris paribus. Si autē cetera nō sunt paria nō opz:ꝛ in pposito cetera non sunt paria:q̃ liberalitas solum intendit bonum pprium:ꝛ iustitia legalis intendit bonum cōmune.ꝛ iustitia particularis intendit bonum pprium:ꝛ etiam alienū. ¶ Ad aliud cum dicitur q̃ fortitudo est circa magis difficile q̃ iustitia. Dicendum q̃ illa virtus que est circa magis difficile est melior ceteris paribus:sed hic nō sunt cetera paria:q̃ obiectum iustitie legalis est bonum cōmune:ꝛ etiam materie oium aliarum virtutū sunt obiecta iustitie legalis:ꝛ etiaz iustitia est vtilis omni tempore. vnde phs primo rhetorice dicit q̃ fortes laudant:q̃ sunt vtiles tempore belli. Iustitia aūt vtilis est tēpore belli ꝛ tempore pacis. vnde si omnes homines essent iusti nō indigeremus fortitudine: sed adhuc indigeremus iustitia.

Capitulum secundum

primi tractatus pme partis declarans q̃ preter iustitiam legalem que est cōmunis virtus est quedaz iustitia que est particularis virtus:qd ostēditur per hoc q̃ est quedam particularis malitia ab alys distincta:ꝛ q̃ iustitia que est cōis virtus:ꝛ iustitia que est pticularis virtus cōueniūt in noīe:q̃ cōueniūt in diffōne ꝟm idē genus inquātū vtraq; est ad alterū. Differūt tñ:q̃ iustitia legalis respicit cōe bonū ꝛ respicit totā mām moralē:ꝛ iustitia pticularis respicit bonuz persone pticularis: ꝛ q̃ iustitia particularis quedā est distributiua que consistit in distributionibus aliquoꝝ cōmuniū que sunt diuidēda inter eos q̃ cōmunicant ciuili cōmutatione siue sit bonor siue pecunia vel qcqd aliud ptinens ad bona exteriora:vel etiaz ad mala:sicut laborz expensa ꝛ similia. Et alia est iustitia pticularis cōmutatiua que cōstituit rectitudinē iustitie in cōmutationibus ꝟm quas transferr aliqd ab vna pſona in alterā ꝟm q̃ ꝟm iustitiam distributiuā transferr aliqd de cōi ad singulos. Deinde subdiuidit iustitiaz distributiuā in duas spēs ꝟz cōmutatiōes duplices.s.voluntarias ꝛ inuolūtarias:ꝛ inuolūtarias in occultas ꝛ violētas.

¶ Querimus eam iustitiā que vtutis est pars:est enim quedā vt dixim⁹. Et itez iniustitiā eam que pars vitij quedā est. Esse aūt hac iniustitiā hoc indicat signū:q̃ nāq; ceteris vitis operat iniuriā qdē facit:at nō plus capit:vt qui clypeū timiditate piecit:aut q̃ cōuitia ob iracundiā dixit:aut q̃ nō attulit ob illiberalitatē p pecunias opez. At cū qspiā sepe plus capit:nullo tū eiusmodi vitio is opat:nec etiā vniuersis:aliqua aūt prauitate. Vituperamus enīz illū atq; ob iniustitiaz. Est ergo alia qdā iniustitia:vt pars totius iniustitie qdaz: ꝛ iniustū itidē qdā:vt pars totius iniusti:qd quidem est preter legē. Preterea si qdā lucrandi cā facit adulteriū:atq; pecunias accipit:qdā erogat dānūq; patit ob cupiditatē:hic qdē intēperās potius q̃ pluris auidus:ille aūt iniustus:sed non intēperans esse videbit. Patet ergo talē illū videri:q̃ lucrat. Insup alie qdē oēs iniurie ad aliqd semp vitū redigunt:vt si cōmiserit qspiā adulteriū ad intēperātiā:si deseruerit in acie sociū ad timiditatē:si pulsauerit quēpiā ad iracundiā: sed si lucratus fuerit ad nullā aliam prauitatem:q̃ ad iniustitiam ipsam refertur. Quare perspicuum est preter totaz aliā esse quādā iniustitiam vt partem.

Caput 2m primi trac. pme pti 5. li. etpi. p' ps. c.

Querimus autē eā que in parte virtutis iustitiā. Est enim quedaz vt dixim⁹: similr aūt ꝛ de iniustitia q̃ ꝟm partē. Signum autē qm̄ est ꝟm alias quidez enīz malitias qui operat iniuste qdē facit:auare facit aūt nihil:puta qui abiecit clypeū ppter timorē:vel qui maledixit ppter iram:vel qui nō adiuuit pecunijs ppter illiberalitatē:qm̄ autē auare facit multotiēs neq; ꝟm vnaz talīū: sed tamen neq; ꝟm oēs:ꝟm malitiaz aūt quandaz:vituperamus enīz ꝛ ꝟz iniustitiā. Est ergo alia quedā iniustitia vt pars quedam totius:ꝛ iniustuz qdā in parte totius iniusti eius qd est preter legē. ¶ Adhuc si hic qdē lucrandi gratia mechat ꝛ accipiat. Hic autē apponens ꝛ iacturam patiēs ppter cōcupiscentiā. Iste qdez luxuriosus videtur vtiq; esse magis q̃ auarus. Ille autē iniustus:luxuriosus autē nō. Manifestum enīz ergo qm̄ ppter lucrari. ¶ Adhuc circa alias qdem omnes iniustificationes fit relatio ad quādā malitiā semp:puta si mechatus est ad luxuriaz:si derelinquit ducem exercitus ad timiditatē:si percussit ad iram:si autē lucratus est ad neq; vnam malitiam:sed vel ad iniustitiam:quare manifestum:quoniam iniustitia

preter totam alia in parte.

Istud est

capl'm 2m pmi tractatus pme ptis:in quo determinat de iustitia in pticulari:ostendendo que ꝛ qualis est:ꝛ que sunt eius spēs.ꝛ ptinet istud capl'm 4ᵒ partes pncipales. In pma ostēdit q̃ preter iustitiā legalez que est cōmunis vtus est alia iustitia que est vtus pticularis. In 2ª ibi[Uniuoca.] ponit cōuenientiam ꝛ differētiā inter iustitiaz legalē ꝛ iustitiaz pticularē:ꝛ epilogat que dicta sunt ꝛ ostēdit que restāt dicēda. In 3ª pte ibi[Factiua aūt.] mouet quādā dubitationē quā dicit posterius esse soluendaz. In 4ª pte ibi[Eius aūt que ꝟz ptē.] diuidit iustitiā pticularē in iustitiā distributiuā:ꝛ iustitiā cōmutatiuā:ꝛ ēt subdiuidit iustitiā cōmutatiuā ꝟm dīaz cōmutationū. In pma igit pte pponit intentionē suā que p̃z:deinde pbat q̃ pter iustitiā legalē que est cōis vtus est alia iustitia pticularis vtus:ꝛ hec est pclusio 5ª que pbat sic. Preter iniustitiā que est cōis malitia est quedā iniustitia que est pticularis malitia.igit pter iustitiā legalez que est cōis vtus est alia iustitia qdaz que est pticularis vtus. Pma p̃z per hoc q̃ habitus cognoscunt ex ptrarys:vt dicit est supra:ꝛ etiā p̃z ex hoc q̃ alteri ꝛ alteri vtuti cōtrariat alia ꝛ alia malitia:ꝛ ideo si malitie sint plures opz q̃ vtutes ēt sint plures. Antecedēs pbat triplr. primo sic. Illa que pnt ab inuicez separari sunt distincta:ꝟz iniustitia illegalis pōt separi ab auaritia que est iniustitia pticularis.igit preter iniustitiā illegalē est quedā alia iniustitia que est malitia pticularis. Maior huius rōnis est nota ꝛ minor pbat: ille qui opat ꝟm alias pticulares malitias facit iniuste ꝟz iniustitiā illegalē:q̃ facit qd lex phibet:ꝛ tñ nō facit auare:vt.s.accipiat aliqd de alienis inuito domino:sicut cum aliqs miles abycit clypeū in bello ppter timiditatez:aut cū aliqs dixerit alicui opprobriū ppter iram:aut q̃ nō prestitit auxiliū amico suo in pecunia ppter vitiū illiberalitatis:ꝛ sic de alys malitys:ꝛ per ꝛns iniustitia illegalis pōt esse sine auaritia que est spālis iniustitia. Potest esse qm̄q; cōuersoaliqs enīz pōt peccare p auaritiā tollēdo aliena: ꝛ tñ nō peccat ꝟm aliquā alia ꝛ malitiaꝛ:neq; ꝟz oēs:ꝛ tñ peccat ꝟm quādā malitiā:qd p̃z:q̃ ppter hoc vituperatur qm̄ iniustus:ꝛ sic p̃z q̃ est quedā alia iustitia que est sicut pars toti⁹ vtutis:ꝛ est spālis virtus:silr etiā p̃z q̃ est qdā iniustū qd est pars iniusti illegalis qd est omne iniustum. [Adhuc si hic qdē.] 2° pbat idē aīs.s.q̃ est quedā pticularis malitia pter malitiā illegalē.ꝛ hec rō sumit ex ordie habitus ad finē:ꝛ hec est rō:ille malitie sunt distincte que ordinant ad distinctos fines:sed auaritia que est pticularis iniustitia ordinat ad alium finez q̃ iniustitia illegalis. igit sunt malitie distincte. Maior declarat per hoc q̃ habitus distinguunt ꝟz distinctionē finiū.nā aliqs pōt cōmittere adulteriū duplr.s.vel vt lucret spoliādo mulierē:vel qualitercūq; habeat lucrū ab ea. Alio mō ꝛtingit q̃ aliqs cōmittat adulteriū ppter cōcupiscentiā nō vt lucret:imo apponit aliqd de suo ꝛ patit iacturaz in rebus suis ad hoc vt sue concupiscentie satisfaciat. Ille qui cōmittit adulteriuz gra lucri nō est luxuriosus:q̃ nō intendit finez luxurie:sed magis est iniustus vel auarus:q̃ ppter lucrū facit cōtra iustitiā:sed ille qui cōmittit adulteriū ppter cōcupiscentiā ppie est luxuriosus:q̃ ppie intendit finez luxurie:qui est sgtisfacere cōcupiscētie sue:ꝛ sic p̃z maior huius rōnis.s.q̃ habitus distinguunt p suos fines ad quos p se ordinant. Et minor p̃z:q̃ iniustitia illegalis ordinat ad fines spāliū malitiaꝛ:ideo ꝛc. [Adhuc circa alias.] 3° pbat idē aīs sic. Quicūq; facit cōtra aliquā virtutē spālē facit contra iustitiā legalē que precipit opationes oium vtutuz moraliū:sed nō quicūq; facit cōtra aliquā vtutē moralez facit iniustitiā particularē.ergo pter malitiā illegalem est

Secū ca. pmi trac. di° in 4ᵒʳ partes.

5ª cōclusio huius quæstionis.

alia malitia particularis que est iniustitia ꝑticularis. ſ. auaritia. Maior ꝑz ⁊ minor declaraꝯ: qz ſi aliqs mechaꝯ ipse facit cõtra iustitiã legalẽ: ⁊ referꝯ ad vitiũ luxurie: ⁊ ſi aliqs miles in bello dereliquerit ducem exercitus faci ꝓtra iustitiã legalẽ ⁊ reducꝯ hoc ad malitiã timiditatis: ⁊ ſi aliqs inordinate ꝓcutiat ꝓximũ hoc reducꝯ ad malitiã ire: ſed ſi aliqs inordinate lucratus est hoc nõ reducꝯ ad aliquã aliã malitiã ſpecialẽ: ſed ad ſolã iniuſtitiã. vñ relingꝯ q̃ est quedã iniuſtitia particularis ꝓter iniuſtitiam que est tota malitia: ⁊ eadez ratione est aliqua iuſtitia particularis ꝓter iuſtitiam legalem que est tota virtus.

¶ Uniuocam: qz definitio genere est in eodez. Ambe nãqz id poſſunt: vt ſint ad aliũ. Uerum hec qdẽ circa bonozẽ vſaꝯ: vel pecunias: vel ſalutem: vel ſi quo vno noie complecti hec vniuerſa poſſumus: ⁊ circa voluptatẽ que fit a lucro. Illa vo circa oia ea in qbus ſtudioſus verſaꝯ. Iuſtitias igiꝯ eſſe plures: ⁊ aliã quãdaz eſſe ꝓter ipſaz totã virtutẽ perſpicuũ iam euaſit. Sz quenã ſit ⁊ qualis ſumamus deinceps opz. Determinatuz est itaqz iniuſtũ quidez eſſe: qd̃ est cõtra leges: ⁊ qd̃ est iniquum. Iuſtũ aũt qd̃ est legitimum: ⁊ qd̃ est equuz. Iniuſtitia igiꝯ antea dicta est a qua proficiſciꝯ id iniuſtuz qd̃ contra leges dicimus eſſe. At cũ iniquũ ⁊ plus nõ eadez ſint: ſed alterũ ſeſe habeat ad alteruz vt pars ſe hz ad totũ. Omne nãqz plus est iniquũ: ſed nõ omne iniquuz est plus. Iniuſtuz etiã ⁊ iniuſtitia nõ eadẽ ſunt ſed diuerſa ab illis: ⁊ hec ſunt vt ꝑtes: illa vt tota. Nec. n. iniuſtitia totius est iniuſtitie pars: ⁊ iuſtitia iuſtitie ſimili mõ. Quare de iuſtitia que qdẽ est ꝑs: ⁊ de iniuſtitia ſiliꝯ est dõm: ⁊ de iuſto etiã ⁊ de iniuſto. Ea igitur iuſtitia que perinde atqz tota virtus est ordinata: ⁊ ea iniuſtitia que aduerſaꝯ illi: quarum altera virtutis: altera vitũ totius ad aliũ vſus est omittaꝯ: ⁊ iuſtũ id ⁊ iniuſtuz qd̃ ad has attinet: patet quonaz ſit modo definiendũ. Eteniz pleraqz legitima ea fere ſũt que a tota vtute agunꝯ. Lex eniz lex vniuſcuiuſqz virtutis viuere rõne: ⁊ vetat vitũ cuiuſuis viuere mõ.

z^a ꝑs. c. ¶ Uniuoca aũt qm̃ diffinitio in eodem genere. Ambe eniz in eo q̃ ad alterũ habẽt potentiam.

¶ Sz hec qdẽ circa bonozẽ: vel pecunias: vel ſalutẽ: vel ſi quodã habeamus vno noie cõprehendere hec oia vel ꝓpter delectationez que a lucro: hec aũt circa oia circa q̃cũqz ſtudioſus.

¶ Qm̃ qdez igiꝯ ſunt iuſtitie plures: ⁊ qm̃ est q̃daz altera ꝑter totã vtutẽ manifeſtuz est: que aũt ⁊ qualis quedã ſumendũ: determinatũ est vtiqz iniuſtũ ⁊ illegale ⁊ inequale. Iuſtuz aũt ⁊ legale ⁊ eq̃le. ꝓm qdẽ igiꝯ illegale ꝓius dicta iniuſtitia est. ¶ Quia aũt inequale ⁊ plus non idẽ ſed alteruz vt pars ad totũ: inequale eniz oẽ illegale: illegale aũt nõ oẽ inequale. Plus qdez igiꝯ omne inequale. Inequale autẽ nõ oẽ plus: ⁊ iniuſtuz ⁊ iniuſtitia nõ eadẽ: ſz altera ab illis: hec qdẽ vt ꝑtes. h̃ vt tota: pars eniz h̃ iniuſtitia totius iniuſtitie: ſimiliter aũt ⁊ iuſtitia iuſtitie.

¶ Quare de ea que in ꝑte iuſtitia ⁊ de ea q̃ in ꝑte iniuſtitia dõm ⁊ de iuſto ⁊ de iniuſto ſiliꝯ. ꝓm qdem igiꝯ totã vtutẽ ordinata iuſtitia ⁊ iniuſtitia. hec qdẽ totius virtutis eſtes vſus ad aliũ: hec aũt malitie dimittaꝯ ⁊ iuſtũ ⁊ iniuſtũ: ꝓm has enim manifeſtuz qũo determinandũ. Fere eniz multa legaliuz a tota vtute ꝓcepta ſunt: ꝓm vnãquãqz enim vtutem ꝓcipit viuere: ⁊ ꝓm vnãquãqz malitiã ꝓhibet lex.

¶ Hec est z^a pars huius capl'i: in qua ꝓb̃s ponit cõueniẽtiã ⁊ dõiam iter iuſtitiã legalẽ ⁊ iuſtitiã particularẽ: ⁊ epilogat ⁊ narrat que reſtant dicenda. Primo igiꝯ ponit pueniẽtiã que est in eodẽ noie. ſ. in hoc noie iuſtitia: ⁊ hoc iõ est: qz cõueniũt in diffõe ꝓm idẽ genus vtriuſqz. Utraqz eniz deſcribiꝯ per hoc qd̃ est eſſe ad alterũ. ¶ Sciendum est q̃ iuſtitia legalis attendiꝯ in ordine ad aliud qd̃ est bonũ cõmune ⁊ iuſtitia ꝑticularis ordinaꝯ ad alterũ. ſ. ad bonũ pertinẽs ad aliquã ꝓſonaz ꝑticularẽ. [Sed hec qdez.] Iste due iuſtitie. ſ. legalis ⁊ ꝑticularis differũt ex ꝑte mãe: qz iuſtitia particularis est circa determinatã mãm mozalem: ſed iuſtitia legalis est circa totã mãm mozalez. vñ iuſtitia ꝑticularis est circa bona particularia ꝓm que attendiꝯ cõicatio inter hoies cuiuſmodi ſunt bonoz pecunia ⁊ ea que pertinẽt ad ſalutẽ vel diſpendiũ corꝑis: ⁊ circa alia hz̃ est ꝑticularis iuſtitia: ⁊ ſi habeam⁹ hec oia aliquo vno noie cõprehendere: ⁊ iuſtitia ꝑticularis non est ſolũ circa res exterioꝛes: ſed etiã circa delectationẽ que cõſequitur ex lucro per qd̃ aliqs accipit aliena nõ ꝓm q̃ oz vel vltra q̃ debeat. Sed iuſtitia legalis ⁊ iniuſtitia illegalis est vlr circa totã mãm mozalẽ ⁊ circa totũ illud circa qd̃ aliquis põt dici ſtudioſus vel virtuoſus. [Qm̃ qdẽ igiꝯ.] Dic epilogat que dicta ſunt ⁊ narrat que ſunt dicẽda: dicẽs q̃ est manifeſtum ex premiſſis q̃ ſunt plures iuſtitie. ſ. legalis ⁊ equalis: ⁊ q̃ ꝓter iuſtitiã legalẽ que est tota vtus est quedã ꝑticularis iuſtitia: ſed que ⁊ qualis ſit poſteri⁹ est dicendũ. Determiatũ est ẽt q̃ iniuſtũ oz̃ inequale ⁊ illegale: ⁊ iuſtũ oz̃ ecõuerſo equale ⁊ legale: ⁊ ꝓm q̃ est duplex iniuſtũ est duplex iuſtitia. [Quia aũt inequale.] Sed iniuſtũ qd̃ ſe hz vt plus ⁊ inequale nõ ſunt penitus idẽ: ſed alterũ est vt ꝑs ⁊ alterũ est vt totuz. nã omne qd̃ est plus est inequale: ſed nõ cõuertiꝯ: qz quedã est in iuſtitia inequalis eo q̃ hz minus de malis: ⁊ ita eſſe in plus est vt pars: ⁊ eſſe inequale est vt totũ. Simil'r iniuſtitia que oz̃ inequalis nõ est oino idẽ cuz iniuſtitia illegali: ſed cõparaꝯ ad illã ſicut pars ad totũ. ⁊ ſiliꝯ cõparaꝯ iuſtitia equalitatis ad iuſtitiã legalez. [Quare de ea que in ꝑte.] Narrat de quo hoz̃ ſit agẽdũ: ⁊ dicit q̃ de iuſtitia ⁊ de iniuſtitia ꝑticulari: ſimil'r de iuſto ⁊ iniuſto particulari est dõm: ⁊ dimittẽda est iuſtitia legalis ⁊ iniuſtitia illegalis: ⁊ iuſtũ ⁊ iniuſtuz legale. Ita enim ſunt ordinata ꝓm totã vtutẽ. Ad iuſtitiã enim legalẽ pertinet vſus totius vtutis ad aliũ: ⁊ ad iniuſtitiã illegalẽ ꝑtinet vſus totius malitie. Manifeſtũ est ẽt quo iſtud iuſtũ. ſ. legale ⁊ iniuſtũ ſibi oppoſitũ debent determinari: qz iſta ſũt que determinanꝯ a lege. Maior eniz pars legaliũ ꝓceptorũ ꝓcipiunꝯ ꝓm q̃ cõueniunt toti vtuti. Lex eniz ꝓcipit viuere ꝓm vnãquãqz virtutem: ⁊ ꝓhibet viuere ꝓm vnãquãqz malitiã. Sunt etiã aliqua lege determinata que nõ pertinent directe ad alicuius vſum virtutis: ſed ad aliam diſpoſitionem bonozum exterioꝛum.

¶ Hec nõ legitima que ad publicã pertinẽt diſciplinã ea ſunt que virtutem totam efficere poſſunt. Sed de ſingulozum diſciplina: qua qdez vir bonus est abſolute vtrum ſit ciuilis an ad aliam facultatem pertineat

determinabitur poſtea. Non est enim idez fortaſſe virum eſſe bonũ: ⁊ ciuem bonum.

z^b ꝑs. c. ¶ Factiua aũt totius vtutis ſunt legaliũ q̃cũq̃ lege poſita ſũt circa diſciplinã que ad cõmune. De ea aũt que ꝓm vnãquãqz diſciplinã ꝓz quã ſimpliciter vir bonus est: vtruz politice est vel alterius: poſterius determinandum. Non eniz forte idem ⁊ viro bono eſſe ⁊ ciui omni.

¶ Hec est z^a pars principalis huius capl'i: in qua ꝓb̃s monet quãdã dubitationẽ: qz manifeſtũ est q̃ ea que ſũt lege poſita ſunt factiua totius vtutis qua inſtruiꝯ hõ in ordine ad bonũ cõmune. Eſt ẽ: q̃dã alia diſciplina qua hõ iſtruiꝯ ad actus virtutũ ꝓm q̃ cõpetit ſibi ſingulariter in ordine ad ꝓprium bonũ inquantuz per hoc homo efficiꝯ bonus in ſeipſo. Eſt igiꝯ dubitatio vtrũ hz̃ diſciplina per quam homo inſtruitur ad actus virtutũ ꝓm q̃ ſibi cõpetit ſingulariter ⁊ in ordine ad ꝓpriũ bonum pertineat ad politicam vel ad aliquã aliam ſciam: ⁊ hoc dicit eſſe poſterius determinandũ. ſ. in libro politice: vbi oſtẽdiꝯ q̃ nõ est idẽ ſimpl'r eẽ bonũ virũ ⁊ cẽ bo^m ciuẽ ꝓz quãcũqz politicã.

¶ Iuſtitie aũt eius que est pars: ⁊ eius qd̃ ad ipſaz attinet iuſti vna qdem ſpecies est ea que in diſtributione conſiſtit: aut bonozis: aut pecuniarum: aut ceterarum reruz que inter eos diuidi poſſunt: q̃ in eadẽ ciuili ſocietate verſanꝯ. In his. n. fit vt quiſpiã ⁊ nõ equũ hẽat ad aliũ: ⁊ ẽt equũ. Alia aũt ea que in cõmertijs est hominũ emendãdis: cuius ſunt due ꝑtes. Cõmertia nãqz quedã ſua ſponte faciũt hoies: quedã inuitis ipſis efficiunꝯ. Et ea qdẽ que ſponte faciunt talia ſunt: venditio: emptio: mutuatio: vadimoniũ: locatio: depoſitio: mercede cõductio Atqz ꝓpterea ſponte hec fieri dõr q̃ ꝓncipiũ ipſoz̃ ſponte ꝓcedit ac agiꝯ. Ea vo q̃ inuitis hoibus fiunt aut clãdeſtina ſunt: vt furtũ: adulteriuz: veneficiũ: lenociniũ: ſeruoz̃ ſeductio cedes cum dolo: falſuz teſtimoniũ. Aut violẽta: vt vberatio: vincula: mozs: rapine: mẽbroz̃ captio: ꝓuitiũ: ꝓtumelia.

4^a ꝑs. c. ¶ Eius aũt que hz̃ ꝑtẽ iuſtitie: ⁊ ꝓm ipſaz iuſti: vna quidez est ſpecies que in diſtributionibus bonozis vel pecuniarũ vel alioz̃ quecunqz cõmunium partibilia cõicantibus vrbanitate. In his enim est ⁊ inequale habere ⁊ equale alterũ ab altero. ¶ Una aũt que in cõmutationib⁹ directiua: huius autẽ partes due. Cõmutationuz eniz be qdez voluntarie ſunt: be aũt inuoluntarie. voluntarie qdem tales: puta venditio: emptio: mutuatio: fideiuſſio: vſus: ꝓpoſitio: ꝓductio. voluntarie aũt dõr q̃ principium cõmutationuz harũ voluntarium. Inuoluntariaruz aũt be qdem occulte: puta furtũ: mechia: veneficiũ pagogia: ſerui ſeductio: dolo: occiſio: falſum teſtimonium. ¶ Me autem violente: puta verberatio vinculum mozs rapina ozbatio accuſatio iniuriatio.

¶ Hec est 4.ª pars ꝓncipalis huius capituli: in qua ꝓtermiſſa iuſtitia legali diuidit iuſtitiam particularẽ in duas ſpecies. ſ. in iuſtitiã diſtributiuã ⁊ cõmutatiuã: ⁊ ſubdiuidit iuſtitiam cõmutatiuã ꝓm dõiam cõmutationũ. ꝓmo q̃ ponit vnaz ſpeciez particularis iuſtitie dicens q̃ vna ſpecies particularis iuſtitie: ⁊ ſimil'r iuſti est q̃ ꝓm ipſaz diuidunꝯ illa que ſunt in diſtributionibus aliquoz̃ cõmuniuz que ſunt diuidẽda inter eos qui cõicant ciuili cõicatione ſiue ſit bonoz ſiue pecunia ſiue ſit a'iud qd̃ ꝑtinet ad bona exterioꝛa: vel etiaz mala cuiuſmodi ſunt laboz expẽſe ⁊ ſimilia. Et q̃ circa diſtributiones cõmuniuz inter eos q̃ cõicant cõicatione ciuili ſit iuſtitia particularis ꝓbatur: ⁊ est ꝗ 6^a. Ubicũqz est reperire eq̃litatẽ ⁊ ineq̃litatẽ vni ad alteruz ibi est reperire iuſtitiã ⁊ iniuſtitiã particularez vt dictũ est: qz ad iuſtitiã particularẽ pertinet equalitas vni⁹ ad alterũ: ⁊ ad iniuſtitiã particularẽ pertinet inequalitas vnius ad alterũ: ſed circa diſtributionẽ bonoz̃ cõmuniuz inter eos qui cõmunicant cõicatione ciuili est reperire eq̃litatẽ ⁊ inequalitatẽ: ideo ⁊c. [Una aũt. Ialia vo ſpẽs ꝑticularis iuſtitie est iuſtitia cõmutatiua que cõſtituit rectitudinẽ iuſtitie in cõmutationib⁹ ꝓm quas tranſferꝯ aliqd ab vna perſona in aliã. vnde hz̃ iuſtitiã cõmutatiuã trãſferꝯ aliqd ab vna ꝓſona in aliã: vt ꝑz in emptione ⁊ vẽditione: ſed ꝓm iuſtitiã diſtributiuaz tranſferꝯ aliqd a cõmuni ad perſonã ſingularẽ. [Dui⁹ aũt partes.] Subdiuidit iuſtitiã cõmutatiuã ꝓm differẽtiam cõmutationũ: ⁊ dicit q̃ iuſtitie cõmutatiue ſunt due ꝑtes eo q̃ duo ſunt genera cõmutationum: quedã eniz ſunt cõmutationes volũtarie ⁊ q̃dã inuoluntarie: ⁊ dicunꝯ cõmutationes volũtarie ꝓp hoc q̃ ꝓncipiũ cõmutationis est volũtariũ ex vtraqz parte ſicut ꝑz in venditione ⁊ emptione q̃bus vnus tranſfert dõiuz rei ſue in alterũ ꝓpter preciũ: ⁊ in cõmutatione ꝓm quam aliqs rem ſuã tradit alteri vt equale recipiat: ⁊ in fideiuſſione per quã aliqs volũtarie ſe cõſtituit debitozẽ ꝓ alio: ⁊ in vſu quo aliqs vſuz rei ſue alteri gratis cõcedit reſeruato ſibi dominio rei: ⁊ in depoſitione per quã deponit rẽ ſuam apud aliũ in cuſtodia: ⁊ in cõductione per quã aliqs vſum rei aliene accipit pro precio. [Inuolũtariarũ autẽ.] Subdiuidit alterũ mebrũ. ſ. cõmutationẽ inuoluntariaz: qz quedã est cõmutatio inuolũtaria ꝓpter ignozantiam ⁊ quedã ꝓpter violentiã. Dicit igiꝯ q̃ cõmutationũ inuolũtariarũ q̃dã ſunt occulte ⁊ q̃dã manifeſte. Occulte vt furtum quo aliqs occulte recipit rẽ alterius ipſo inuito. Mechia. i. adulteriuz quo aliqs occulte accedit ad vxozẽ alterius cũ ea cõmiſcendo. Veneficiũ qm̃ aliqs occulte procurat veneficiũ ad occidẽdũ vel ledendũ. Paragogia. i. deriuatio vel deductio: puta cum aliqs deriuat aquã alteri⁹ ad aliũ locũ. Serui ſeductio: ſicut cũ aliqs ſeruũ alterius ſeducit: vt a dõno ſuo fugiat. Dolo occiſio. i. doloſa occiſio que fit occulte per vulnera fraudulenter illata. Falſuz teſtimoniũ. ſ. quo aliqs veritatẽ per mẽdaciũ occultat. [De autẽ violẽte.] Quedã ſunt cõmutationes inuolũtarie per violentiã que fiunt per violentiã manifeſtã: ſicut ſi aliqs inferat violẽtiã verberãdo ligando vel occidendo ſiue vi capiẽdo bona alterius: vel ozbatio. i. ozbãdo parentes per occiſſonez filiozum: accuſatio. hoc eſt cum ſit violentia in famam quod fit accuſando: murmuratio: iniuriatio. i. iniurias ſiue contumelias irrogando. ¶ Intelligenduz est q̃ voluntarium in cõmutationibus diuerſificat ſpeciem iuſtitie: quia in cõmutationibus fit ſubtractio ſolius rei quã opz recompenſari ꝓm equalitatez iuſtitie: ſed in cõmutationibus inuolũtarys non ſolũ fit ſubtractio rei: ſed etiaz fit iniuria. vnde raptoz non ſolum compelliꝯ reddere rez quã rapuit: ſed ẽt vltra debet puniri ꝓpter iniuriaz quam intulit: ⁊ qz inuoluntariũ est duplex. ſ. per violentiaz ⁊ per ignozantiã ſicut dictum est in. z. huius: ideo inuoluntarias cõmutationes diuidit in occultas que fiunt ꝑ ignozãtiã: ⁊ in eas que manifeſte fiunt per violentiam. ſegꝯ figura.



Capitulum tertiū

primi tractatus p̄me ptis ꝟnti libri de iustitia distributiua: in quo per iniustum esse inequale ostendit iustum esse equale ⁊ mediuz pluris ⁊ minoris. Et per hoc ꝙ iustitia est medietas: ⁊ ꝙ iustuz ꝓm ꝙ est equale est in minus duobus. ꝓm vo ꝙ iustū distributiuū est in minus. 4. se habentibus ad inuicez ꝓportionaliter. s. vt persona se hz ad personā sicut res distributa ad rē distributā quibus non sic habentibus fiunt pugne ⁊ accusationes. Deinde ex eo ꝙ ꝓm dignitatē idem ostendit scilz iustum distributiuum sic esse ꝓportionabile annectens in qbus diuersis diuersi mensurant dignitatē: ⁊ ꝙ ꝓportionabile non solum est in numeris: sed ēt in rebus numeratis ⁊ ꝙ proportionabile in quatuor minimis est medium. Justum aūt ꝓportionabile. Justuz distributiuū in tot erit ⁊ medium cōsistens in ꝓportionabilitate geometrica disiuncta: ⁊ ꝙ iniustū huic oppositum est preter proportionabile.

¶ Cū iniustus sit iniquus ⁊ iniustū iniquū: cōstat ⁊ aliqd̄ mediū esse iniqui. Atqz hoc est ipsuz equum. Quo enim in actu plus est ⁊ minus: in eodē est ēt equuz. Si igitur iniustuz est iniquū: iustuz est equū. Qd̄ quidem ⁊ absqz ratione patet oibus. At cum equum sit mediuz: iustum medium qd̄dam erit.

M Caput 3m tra. p. partis p. 5. libri ethi. p. 2 ps. c.

Quia aūt ⁊ iniustus ineq̄lis ⁊ iniustū ineq̄le: manifestū est qm̄ ⁊ mediū aliqd̄ est iniusti: hoc aūt est eq̄le: in q̄libz enizopōne plus ⁊ minus est ⁊ equale. Si igit̄ iniustū est inequale. Justū equale: qd̄ ⁊ sine ratione videt oib⁹: qz aūt equale mediū: iustum medium quoddam vtiqz erit.

Tertij c. p. tra. di. in duas ꝑtes pn.

Istud est capl'm 3m p̄mi tractatus p̄me ptis: in quo determinat̄ de iusto distributiuo ostēdēdo qd̄ est mediū ⁊ quale mediuz: ⁊ cōtinet istud capitulum duas ꝑtes p̄ncipales. In p̄ma ostēdit ꝙ iustū distributiuū est mediū ꝓm quandā ꝓportionabilitatē. In 2ª ibi [Est ḡ iustum ꝓportionabile.] ostendit qualis est proportionabilitas ꝓm quā attendit̄ iustum in iustitia distributiua. p̄ma pars cōtinet duas particulas. In p̄ma ostēdit ꝙ iustuz est mediuz. In 2ª ibi [Est aūt equale.] ostendit ꝙ iustum est mediū ꝓm ꝓportionabilitatē quandā. In p̄ma igit̄ particula pbat̄ ꝙ iustuz ꝓm iustitiā distributiuā est medium: ⁊ hec est ꝟclo 7ª ⁊ pbat̄ sic. Illud qd̄ est equale est mediū sed iustū est equale. s. inter plus ⁊ minus. igit̄ iustū ꝓz iustitiaz distributiuā est mediū. Maior ꝟz de se. Manifestuz est enizꝙ equale est mediuz inter plus ⁊ minus. ⁊ minor pbat̄ per hoc ꝙ iniustuz oppositum iusto distributiuo est inequale: ꝓz ineq̄li nō opponit̄ nisi equale ⁊ iusto opponit̄ iniustum. igit̄ iustum ꝓm iustitiā distributiuā est equale: de tali enizꝟ iusto. s. ꝓm distributiuā iustitiā loquit̄ in p̄nti. Minor. s. ꝙ iustū est eq̄le est mānifesta oib⁹ absqz oi rōne pbāte: qz igit̄ iustū qd̄ est eq̄le est mediū inter plus ⁊ minus vt dictū est: ꝟñs est ꝙ iustū sit qd̄dam medium.

¶ Ipsum aūt equū in minimis est duobus: necesse est igit̄ ipsuz iustuz ⁊ mediū esse ⁊ equū: ⁊ ad aliqd: ⁊ quibusdā. Atqz quo mediū qd̄ est hoc aliquoz est: quequidem plus sunt ⁊ minus. Quo aūt equuz est duob⁹ est. At quo iustū est qbusdā est. Ipsuz ergo iustum in minimis quatuor ꝟsistat necesse est. Nolies enizꝟ qbus est iustum duo sunt: ⁊ res in qbus ⁊ ipse due sunt: atqꝫ eadē est eqtas qbus atqz in qbus: naz vt sese habent ea in qb⁹: sic sese hñt ⁊ illa: s. n. nō sunt equi: non equa habebunt. Sed hinc pugne nascuntur ⁊ incusationes atqz querele: cuz equi nō equa: aut equa nō equi hñt ac potiunt̄. Id ita esse ex eo qd̄ ꝓdignitate fit cōstat. Justū enizꝟ qd̄ in distributionibus est: oēs vno ore ꝓ dignitate quadā oportere esse dicunt: ipsaz tamen dignitatē non eandez omnes inquiunt esse: sed populares quidez libertatē. Dauci vo potentes opulentiam: nōnulli nobilitatem. Optimates vo vtutem.

¶ Est autē equale vt in minus duob⁹. Necessariuz igit̄ iustuz ⁊ mediū ⁊ equale esse ⁊ ad aliqd ⁊ qbusdā: ⁊ ꝓm qd̄ qdē mediuz aliquoruz. Hec autē ꝓz plus ⁊ minus: ꝓm ꝙ autez equale est duob⁹: ꝓz aūt ꝙ iustuz aliqb⁹: ⁊ ad aliquos ⁊ ad alios enizꝟ est. Necessariuz ḡ iustuz in minus esse quatuor: qbus enizꝟ iustuz ꝟtingit ens: duo sunt ⁊ in qbus res due: ⁊ eadē erit equalitas qbus ⁊ in qbus: vt enizꝟ illa habēt que in qbus sic ⁊ illa que qbus: si enizꝟ nō eq̄les nō equalia habebunt: sed hinc pugne ⁊ accusatiōes: qñ vel equales nō equalia habebunt: vel nō eq̄les eq̄lia hñt ⁊ in distributiōe suscipiūt. ¶ Adhuc ex eo ꝙ ꝓm dignitatē hoc manifestuz. Justū. n. in distributionibus cōfitent̄ oēs ꝓm dignitatez quādā oportere esse: dignitatē qdē nō eandem dicunt oēs existere: ꝓz democratici qdez libertatē. oligarchichi qdez diuitias. Quidā aūt generis nobilitatē: aristocratici autez virtutem.

¶ Hec est 2ª ꝑticula: in qua ostendit ꝙ iustū ꝓm iustitiam distributiuā est mediū ꝓm aliquaz ꝓportionabilitatez: ⁊ hec est ꝟclusio 8ª. Et ad ꝟbandū istaz ꝟclusionē supponit duo. p̄m est ꝙ equale cōsistit ad minus in duobus inter q̄ cōsideraī equalitas. 2m qd̄ supponit est ꝙ iustuz sit ad aliquid. hoc est per respectum ad alterū ⁊ inquātū est equale est in qbusdam rebus ꝓm quas attēdit̄ equalitas inter duas ꝑsonas. vñ iustū inquātū est equale opz ꝙ sit duarū rerum: ⁊ inquātū est iustuz opz ꝙ aliquoz ad aliquos alios hoc est inter duas ꝑsonas. His suppositis arguitur dupl'r. Primo sic. Illud mediū qd̄ cōsistit ad minus in quatuor quoz ꝓportio vnius ad alterū est sicut ꝓportio relig ad reliquum est mediū ꝓm aliquā ꝓportionabilitatē: ꝓz iustū ꝓm iustitiam distributiuam cōsistit ad minus in quatuor quoz ꝓportio vnius ad alterus est sicut ꝓportio relig ad reliqui: ideo ⁊c. Maior ꝟz: qz ꝓportionalitas est similitudo seu equalitas duaz ꝓportionum: ideo qd̄ est medium ꝓm equalitatē duaruz ꝓportionū est mediū ꝓm aliquam ꝓportionabilitatez. Et minor ꝟz. nam vbi fit iustuz per iustitiā distributiuam ibi sunt duo homines qbus obseruat̄ iustitia: ⁊ due res in quibus fit iustitia. ⁊ ad rōnem hꝰ iustitie opz ꝙ sit eadē equalitas personaruz qbus fit iustitia ⁊ rerum in qbus fit iustitia: vt. s. sicut res se habent ad inuicem: ita ⁊ persone: aliogn nō habebūt equalia sibi: ꝓz ex hꝰ fiunt pugne ⁊ accusatiōes quasi sit pretermissa iustitia: qz vel equales nō recipiunt equalia in distributione bonorū cōmuniū: vel nō equalibus dant̄ equalia: vt si inequaliter laborantibus dentur stipendia equalia aut equalr laborātibus dentur stipendia inequalia: ⁊ sic ꝟz ꝙ mediū iustitie distributiue accipit̄ ꝓz quādā ꝓportionabilitatē. [Adhuc ex eo.] 2ª pbat̄ eadē ꝟclo ꝓm rōnē dignitatis sic. Justum dī esse in distributionibus qñ vnicuiqz dat̄ ꝓz dignitatē. i. qñ vnicuiqz datur qd̄ dignū est ei dari: ⁊ in hoc designat̄ quedā ꝓportionabilitas: vt. s. hoc sit ita dignum vni sicut aliud est dignū alteri: verūtamen distributionis dignitatē nō oēs ꝓm idē attendunt. Quia in politia democratica in qua plebs dominat̄ attendit̄ dignitas ꝓz libertatē: qz plebes ꝓm hanc politiā sunt equales in libertate: iō reputant dignū esse vt eq̄liter eis distribuat̄. Sed in oligarchia politia: in qua aliqui pauci p̄ncipant̄ mensurat̄ dignitas ꝓm diuitias vel ꝓm nobilitatē generis: vt illi qui sunt excellentiores genere vel ditiores plus habeāt de bonis cōmunibus. In politia vo aristocratica in qua aliqui p̄ncipant̄ pp vtutē mensurat̄ dignitas distributionis ꝓm vtutē: vt. s. ille plus habeat qui est excellentior in virtute. ¶ Intelligenduz est hic ꝙ ꝟbs hic supponit ꝙ semp oz fieri distributio de bonis cōmunibus pluribus qui laborauerunt pro cōitate: ⁊ forte hoc est verū: qz toti cōmunitati nō pōt sufficienter per vnū deseruiri. Si tñ vnus solus laborauerit p cōmunitate ⁊ pcuraverit bonū cōmunitati: adhuc posset sibi fieri distributio de bonis cōmunitatis ꝓz ꝙ est dignū ⁊ sic fiet sibi iustitia distributiua. vnde nō credo ꝙ iustitia distributiua ex nā sui regrat plures personas qb⁹ fiat distributio de bonis cōmunibus: q̄uis de facto rōne toti⁹ cōmunitatis regrantur plures procurantes ⁊ seruiētes p bono cōmunitatis. ¶ Intelligendū est ēt ꝙ iustitia dicit̄ esse mediū non per cōmistionem nec per auersionē extremorum: sed est medium per efficientiam: qz efficit ⁊ constituit equalitatem nec est aliter medium.

¶ Justū ergo rōnuz quādā cōparationē subit. Cōparationez nāqz rōnū subire nō absoluti numeri solū: ꝓz numerabilis ēt oino ꝓprius est. Etenim comparatio rōnuz equalitas est rōnum: ⁊ in quatuor minimis est: ⁊ seiunctam qdē in quatuor esse constat. At vo continua in q̄tuor est: vno nāqz termino vtit̄ ⁊ duob⁹ ⁊ bis illū sumit: ꝟ mō: vt. A. sese hz ad. B. sic. B. sese hz ad. C

XII.	VI.	III.
A.	.B.	.C.

Bis igit̄ dictū est ipsuz. B. Quare si B. bis positū fuerit: quatuor erūt ea que cōparationē subeunt rōnū.

¶ Est ergo iustuz ꝓportionale qdē: ꝓportionale enim nō soluz est monadici numeri ꝓprū: ꝓz totalr numeri: ꝓportionalitas. n. eq̄litas est ꝓportionis. ¶ Et in quatuor minimis: disiūcta qdē igit̄ qm̄ in q̄tuor manifestū est: sed ⁊ continua: vno enizꝟ vt duobus vtit̄: ⁊ bis dicit: puta que. a. ad eam que. b. ita que. b. ad eam que. c.



Bis igit̄ que. b. dicta est: quare si que. b. ponat̄ bis: quatuor erunt proportionata.

¶ Hec est 2ª pars p̄ncipalis huius capl'i: in qua ostenditur qualis est ꝓportionalitas ꝓz quā attendit̄ iustū in iustitia distributiua. ⁊ cōtinet duas ꝑticulas. In p̄ma p̄mittit q̄dā necessaria ad ꝓpositū. In 2ª ibi [Est aūt ⁊ iustū.] Ostēdit ꝓpositū. s. qualis est ꝓportionalitas ꝓm quā accipit̄ iustū ꝓm iustitiā distributiuaz. In p̄ª igit̄ ꝑticula premittit duo de ꝓportionabilitate in cōmuni. p̄m est ꝙ ꝓportionabilitas nō solū reperit̄ in numero vnitatum qui dī numerus simplr: quē ꝟbs vocat hic numez monadicū ḡ idē est ꝙ numerus vnitatuz: sed ꝓportionabilitas inuenit̄ vlr in qbuscūqz inuenit̄ numerus: qz ꝓportionabilitas nō est aliō q̄z equalitas ꝓportionū: vt cū equalē ꝓportionē hz B ad hoc ⁊ illud ad illud: ⁊ ꝓportio est habitudo vnius q̄titatis ad aliā: ⁊ talis habitudo nō est solū in numero vnitatuz ꝓz in oi habente numerū aut quātitatē. [Et in quatuor minimis.] 2m qd̄ p̄mittit est ꝙ oīs ꝓportionabilitas ad minus consistit in quatuor: ⁊ hec est conclusio. 9. ⁊ debet intelligi hec conclusio sic. s. ꝙ oīs ꝓportionabilitas consistit in. 4. ꝓm rem vel in. 4. ꝓm rōnē: que pbat̄ sic. Oīs ꝓportionabilitas disiūcta ꝟsistit in. 4. ⁊ oīs ꝓportionabilitas ꝓtinua

8ª cōclo huiꝰ quinti libri.

2ª cōclo huiꝰ quinti libri.

9ª cōclo huiꝰ quinti libri.

cõsistit in.4.sz ois ꝓportionabilitas est cõtinua vel disiũ
cta:iõ ois ꝓportionabilitas cõsistit ad min⁹ in.4. ¶ Pro
intellectu istius rõnis ꝓbs ostẽdit que ꝓportionabilitas
est disiuncta ⁊ que cõtinua:⁊ intendit ꝙ disiuncta proportionabilitas est equalitas duarum ꝓportionũ nõ cõueniẽtiuz in aliquo vno termino. vbi gra si dicatur sic. Sicut se
habent.6.ad tria:ita se habẽt.10.ad.5.iste due ꝓportiones
scilicet.6.ad.3.⁊.10.ad.5.nõ cõueniũt in aliquo vno termino:⁊ iõ ꝓportionabilitas que est eq̃litas istarum duarum
ꝓportionũ dr disiuncta siue discreta. Proportionabilitas
vo cõtinua est ꝓportionabilitas duarũ ꝓportionũ ꝓueniẽtiũ in vno termino: vt si dicat sic. sicut se habent.8.ad.4.
ita se hnt.4.ad.2. vtrobiqz enim est dupla ꝓportio:⁊ hec
ꝓportionabilitas est cõtinua:qz iste due ꝓportiones cõueniunt in vno termio.s.in 4 ꝙ dico q̃tuor. Doc viso declarat maior rõnis.p⁹ ps est manifesta.s.ꝙ ois ꝓportionabilitas discreta cõsistit ad minus in quatuor:qz ois ꝓportio
hz duos terminos:⁊ discreta ꝓportionabilitas est eq̃litas
duarũ ꝓportionũ nõ cõueniẽtiũ in aliquo vno termino:⁊
iõ ꝓportionabilitas disiuncta necessario regrit q̃tuor terminos realr distinctos:⁊ ꝓportionabilitas cõtinua ꝓsistit
in quatuor terminis ꝗz rõnẽ:qz in ꝓportionabilitate cõtinua vtimur vno termino vt duob⁹:qz bis accipimus eundem terminũ:qñ.s.sic dicimus:sicut.a.se hz ad.b.sic.b.hz
se ad.c.naz bis vtimur isto termino.b.⁊ sic sunt.4.proportionata. Et sic pz vtraqz pars minoris.

¶ Est aũt ⁊ ipluz iustũ in quatuor minimis:⁊ ratio eadem est:sunt eni seiũcta similr ⁊ qbus ⁊ que. Erit ꝗ vt
est.A.termin⁹ ad.B.terminũ:sic.C.terminus ad terminuz.D. Et mutato ergo ordine vt.A.sese hz ad.C ita
B.sese.habebit ad.D. Quare ⁊ totũ ad totũ:qõ qdez
distributio ipsa ꝓiungit:⁊ si ita compositũ fuerit iuste
ꝓiungit. Cõiunctio igitur.A.termini cum.C.⁊.B.cuz
D.iustũ est id qõ ad distributionẽ accõmodatur:⁊ est medium eius quod comparationem rationum subit. Quod enim subit ipsam mediuz est. Iustũ autẽ subit.

XII.	VI.	VIII.	IIII.
Achilles	Aiax	Munus Achillis	Munus Aiacis
A.	.B.	.C.	.D.

XII.	VIII.
Achilles	Munus Achillis.
A.	.C.

VI.	IIII.
Aiax	Munus Aiacis
B.	D.

Talẽ aũt rõnũ cõparationẽ. Mathematici Geometricam vocant. In Geometrica nanqz fit vt ⁊ totum ad totũ perinde sese habeat:atqz ad vtrũqz sese habet vtrũqz. Nõ est aũt cõtinua hec cõparatio rõnũ:nõ.n. fit termin⁹ vnus nuõ cui:⁊ qõ. Iustũ igit hoc in cõpõne rõnuz cõsistit:iniustuz autez est id qõa cõparatione rõnum exorbitat. Fit igit aliud plus aliud minus: qõ qdez ⁊ in ipsis actionibus accidit. In bonis.n.qui iniuriaz facit plus hz:qui iniuriã patit minus. In ma-

lis aũt contra. Boni nãqz rationem subit minus malũ ad maius malum:minus enim malũ magis q̃ maius est expetibile. At qõ expetitur bonum est:⁊ quod magis maius. Hec est igitur vna species iusti.



¶ Est aũt ⁊ iustũ in quatuor minimis ⁊ ꝓportio eadẽ: diuisa eniz sũt sicr ⁊ qb⁹ ⁊ que. Erit ergo vt.a. terminus ad.b.ita.c.ad.d. ⁊ permutatiz ergo vt.a.ad c.b.ad.d.q̃re ⁊ totũ ad totũ:qõ distributio ꝓiũgit:⁊ si sic cõponat:iuste cõiungit. ergo. A.termini cuz.c.⁊.b.cũ.d. coniunctio in distributione iustũ est ⁊ mediuz:ꝓportionale eniz mediũ. Iustũ aũt ꝓportionale. ¶ Vocant aũt talẽ ꝓportionalitatẽ geometricaz mathematici. In geometria eniz accidit ⁊ totũ ad totũ qõ qdẽ pars vt alterũ ad alterum. ¶ Est aũt nõ ꝓtinua hec ꝓportionalitas:nõ.n. fit vnus numero terminus cui ⁊ qõ. ¶ Iustũ qdẽ igit hoc ꝓportionale. ¶ Iniustum aũt qõ ꝓter ꝓportionale. fit ergo hoc qdẽ plus:b autẽ minus:qõ ⁊ in opõnibus accidit. In bono qui qdẽ eniz iniustuz facit plus hz:qui autẽ iniusta passus minus boni. In malo aũt econuerso:in boni eniz rõne fit minus malũ ad maius malũ. Est eniz minus malum magis eligibile maiori:eligibile aũt bonum ⁊ magis maius:species quidem igitur vna iusti hec est.

¶ Hec est 2ª ꝓticula huius ꝓtis:in qua ostẽdit q̃lis est ꝓportionabilitas ꝗm quã accipit iustũ ꝗm institiã distributiuã.⁊ intendit ꝙ iustũ distributiuũ accipit ꝗm ꝓportionabilitatẽ que est eq̃litas ꝓportionũ nõ quãtitatũ. ¶ Ad cuius itellectũ est sciẽdũ ꝙ duplex est ꝓportionalitas q̃dã geometrica:⁊ hec attẽdit ꝗm equalitatez ꝓportionis.vbi gra. Sicut se hnt.9.ad.6.ita.6.se hnt ad.4.h vtrobiqz est eadẽ ꝓportio:qz vtrobiqz est ꝓportio sexqualtera.sed non est eadẽ quãtitas:qz.9.excedit.6.in trib⁹:⁊ sex nõ excedũt quatuor nisi in.2.ꝗz arithmetica ꝓportionabilitas accipitur ꝗm eq̃litatẽ quãtitatis.vbi gra.sicut octo se hnt ad sex ita sex se hnt ad quatuor:hic est excessus vtrobiqz ꝗz eandẽ q̃titatẽ:qz octo excedũt sex in.2.trũ:⁊.6.excedũt quatuor in duobus trũ:sed hic nõ est eadẽ ꝓportio:qz octo ad sex est ꝓportio sexqtertia:⁊ sex ad q̃tuor est ꝓportio sexqualtera. Intẽdit igit ꝓbs ꝙ ꝓportionabilitas ꝗm quã attẽdit iustũ distributiuum est ꝓportionabilitas geometrica que.s.ꝓsistit in eq̃litate ꝓportionũ:⁊ ꝙ est ꝗm ꝓportionabilitatẽ disiunctã. Intẽdit igit ꝑmio ꝓbare ꝙ iustũ distributiuũ attendit ꝗm ꝓportionabilitatẽ que est eq̃litas ꝓportionuz:⁊ hec est ꝓclo 10ª ⁊ pbat sic. In qbuscũqz sunt quatuor termini quoꝝ duo hnt eadẽ ꝓportionẽ ad inuicẽ quã hnt relig duo in illis est ꝓportionabilitas q̃ est equalitas ꝓportionũ:sed in iusto ꝗm iustitiã distributiuã sunt quatuor termini quoꝝ duo hnt eandẽ ꝓportionẽ ad inuicem quã hnt reliqui duo.igit iustũ distributiuũ attẽditur ꝗm ꝓportionabilitatẽ que est eq̃litas ꝓportionũ. Maior est manifesta ⁊ minor occlarat:qñ vbicũqz fuerit iustitia distributiua:ibi opz ꝙ eadẽ sit ꝓportio vni⁹ ꝑsone cui fit

distributio

distributio ad rẽ ei distributã que est alteri⁹ ꝑsone cui fit distributio ad rẽ ei distributã.⁊ hoc ꝑbat sic. ꝗm eadẽ ꝓportionẽ didunt res q̃ distribuũt ⁊ ꝑsone qb⁹ distribuũt.



Sit igit.a.medi⁹ termin⁹ puta.2.libre.b.aũt sit vna libra ⁊.c.sit vna ꝑsona socrates.s.qui duob⁹ dieb⁹ laborauit.d. vo sit plato qui vno die laborauit:sic igit se hz.a.ad.b.ita se hz.c.ad.d.qa vtrobiqz inuenit dupla ꝓportio:igit ꝓmutati sic.a.se hz ad.c.ita se hz.b.ad.d.q̃cũqz eni sunt adinuicem ꝓportionabilia sunt ꝓmutatim ꝓportionabilia sicut pz in exẽplo:sicut se hz decẽ ad qnqz:ita se hz octo ad quatuor:iõ ꝓmutatiz:sicut se hz decẽ ad octo:ita se hz qnqz ad q̃tuor. vtrobiqz eni est sexqquarta ꝓportio.sit igit vez dicere ꝓmutatiz ꝙ sicut se hz.a.ad.c.idest due libre ad eũ q duobus diebus laborauit:ita.b.ad.d.i.vna libra ad eũ qui vna die laborauit.⁊ sic pz minor ꝙ.s.in iusto ꝗz iustitiã distributiuã sunt q̃tuor termini quoꝝ duo hnt eadẽ ꝓportionẽ ad inicẽ quã hnt relig duo.nã eadẽ est ꝓportio vni⁹ ꝑsone ad rẽ sibi distributã q̃ est alterius ꝑsone ad rẽ sibi distributã. ¶ Intelligẽdũ est hic ꝗz ꝑbz ꝙ in his q̃ sũt sic ꝓportiõabilia ꝙ q̃ est ꝓportio vni⁹ ad alterꝝ eadẽ est ꝓportio totius ad totũ. vbi gra:qz q̃ est ꝓportio.10.ad octo eadẽ est ꝓportio qnque ad q̃tuor.10.⁊ qnqz simul acceptoꝝ q̃ sunt qndecim ad octo ⁊ q̃tuor sil accepta q̃ sunt duodecim est eadẽ ꝓportio:qa hic ẽt est ꝓportio sexqquarta. Et codẽ mõ in ꝓposito segit sicut se hz ista res ad istã ꝑsonã: ita se hz illa res ad illã ꝑsonã.ꝙ.s. ita se hẽbit totũ.s. vtraqz res simul accepta ad vtrãqz ꝑsonã simul acceptã ꝙ distributio ꝓiungit.⁊ si aliqs ita distribuẽdo res hoib⁹ cõiũgat iuste facit. Pz igit ꝙ ꝓiũctio.a.cũ.c.idest rei duple cũ ꝑsona in duplici dignitate ⁊.b.cũ.d. idest dimidij cũ dimidio est iustũ distributiuũ ⁊ tale iustũ est mediũ:iniustũ vo est: qõ est ꝓter hãc ꝓportionẽ: ꝓportionabile eniz est mediũ iter excessum ⁊ defectũ. nam ꝓportionalitas est equalitas ꝓportiõis vt dictũ est.⁊ sic iustũ cũ sit qõdã ꝓportionabile est mediũ. ¶ Notãdũ est ꝗm aliquos ꝙ argm a ꝓmutata ꝓportiõe iz qñ arguit a p⁹ ad tertiũ ⁊ a 2⁹ ad quartũ sicut Aristoteles hic arguit. ⌊ Vocãt aũt talẽ. ⌋ Ista ꝓportionalitas q̃ attẽdit ꝗz equalitatẽ ꝓportionũ a mathematicis vocat ꝓportionabilitas geometrica:⁊ in hac ꝓportionabilitate accidit ꝙ ita se hz totũ ad totũ sicut altera partiũ ad reliq̃:qõ nõ accidit in ꝓportiõabilitate arithmetica de q̃ dicẽt in sequẽti.c. ⌊ Est aũt nõ ꝓtinua. ⌋ Proportiõabilitas q̃ attẽdit in iustitia distributiua nõ põt esse ꝓtinua.⁊ hec est ꝓclo 11ª.⁊ pbat sic. Illa ꝓportinabilitas in qua nõ põt accipi idẽ terminus cõis in vtraqz ꝓportiõe nõ põt esse ꝓtinua sed in ꝓportionabilitate q̃ attẽdit in iustitia distributiua nõ põt accipi idẽ termin⁹ cõis in vtraqz ꝓportiõe. qõ pz:qz ex vna ꝑte sunt due res ⁊ ex alia ꝑte sunt due ꝑsone:igit ꝛc. ⌊ Iustũ qdẽ igit. ⌋ Qz eniz iustũ est ꝓportionabile iniustũ est ꝑter ꝓportiõabilitatẽ qõ fit in plus vel in minus q̃ exigat eq̃litas ꝓportiõis:vt pz in ipsis opibus iuste ⁊ iniuste distributiõis. Ille eniz q iniustũ facit circa bona

plus accipit sibi:q aũt iniustitiã patit minus hz:sed in malis est ecõuerso.qz minus malũ hz rõnẽ boni ꝙ cõparationẽ ad maius malũ: nã minus malũ est magis eligibile q̃ magis maluz:⁊ vnumquodqz est eligibile rõne boni.ideo qz minus malum magis eligitur: ideo hz ronem maioris boni: sic igitur dictum est de vna specie iustitie siue iusti.

Capitulũ quartũ

Pmi tractat⁹ p̃c ꝑtis ō iustitia cõmutatiua.in quo oñdit ꝙ iustũ directiuũ est in cõmutationib⁹ ⁊ ꝙ aliã hz ꝓportionabilitatẽ q̃ geometricã qz est ꝗz ꝓportionẽ arithmeticaz q̃ est in trib⁹ terminis.quã scrutat iudex nõ ꝓsiderãs differẽtias ꝗz studiosuz ⁊ prauũ:qz ad nocumẽti dñiaz solũ respicit lex positis equalibus ꝓtius ⁊ post incq̃lib⁹ qõ est inequale equatũ iudex auferẽs a lucratore ⁊ dans dãnificato.ex quo pz ꝙ directiuũ iustũ est mediũ dãni ⁊ lucri:⁊ q̃liter posito iudice medio inesse equali fit adequatio lucrãtis ⁊ dãnificati. ⁊ exẽplificat in terminis ⁊ post ꝙ retributiões opeꝝ factoꝝ ab artibus sunt ꝗm ꝓportionabilitatẽ arithmeticã ⁊ vñ venerũt hec noia damnum ⁊ lucrum.

¶ Restat id iustũ qõ fit in emẽdãdis cõmertijs:tã ijs q̃ sua ꝑõte faciũt hoies q̃ ijs q̃ initis ipsis efficiunt:hoc aũt aliã hz spẽm a ꝓtiore. Iustũ eniz distributiuũ coꝝ q̃ cõia sunt in dicta semꝙ cõparatiõe rõnũ ꝓsistit: nã si e pecunijs publicis distributio fiat:eadẽ erit rõne quã hnt iter sese ea q̃ in rẽpublicã sunt collocata: ⁊ iniustũ qõ huic opponit id ẽ:qõ a cõparatõe rõnũ exorbitat.

Caput 4ᵐ tractat⁹ p̃mi primie ꝑtis ꝓnti libri ethicorum.

Eliqua aũt vna directiua eius qõ fit ⁊ in voluntarijs cõmutationib⁹ ⁊ in inuoluntarijs:hoc aũt iustũ aliã spẽz hz a ꝓtiori. ¶ Distributiuũ qdẽ eniz iustũ cõmunitũ semꝙ ꝗm ꝓportionabilitatẽ est dictuz:etenim a pecunijs cõmunibus si fiat distributio erit ꝗm ꝓportionem eandẽ quam habent ad inuicem illata: ⁊ iniustum oppositum iusto huic ꝓter ꝓportionale est.

Istud est

ca^m 4.^m p̃mi tra.p^c ꝑtis in q̃ ꝑbs determiat ō iustitia cõmutatiua.⁊ ꝓtiet duas ꝑtes p̃ncipales. Inp̃⁹ oñdit qd ꝑtinet ad iustitiã cõmutatiuã ⁊ quõ differt a iustitia distributiua.in 2ª ibi⌊ Et quẽadmodũ ẽt linea. ⌋ Oñdit qualr inuenit mediũ in hoc iusto qõ est directiuũ cõmutationũ. Prima pars ꝓtinet q̃tuor ꝑticulas. In p̃ma narrat ꝙ ẽ q̃dã spẽs iustitie ꝑticularis alia a iustitia distributiua:⁊ narrat qd ꝑtinet ad iustitiã distributiuã. in 2ª ibi⌊ In cõmutatiõibus aũt. ⌋ Oñdit qd ꝑtinet ad iustitiã cõmutatiuã.ex qbus pz dñia iter ista.in 3ª ibi⌊ Dñ eniz vt simplr. ⌋ Remouet quoddã dubiũ.i 4ª ibi⌊ Quare pluris. ⌋ Inferit q̃dã corrclaria ex p̃dictis. In p̃⁹ igit ꝑte narrat dicẽs ꝙ ꝓter p̃dictã spẽm iustitie q̃ ꝓsistit in distributiõibus est q̃dã alia spẽs q̃ est directiua in cõmutatiõib⁹ tam volũtarys q̃ iuolũtarys. ⌋ Distributiuũ qdẽ. ⌋ Deinde narrat qd ꝑtinet ad iustitiã distributiuã dicẽs ꝙ iustũ distributiuũ supra dictũ est distributiuũ bonoꝝ cõiũ ꝗm ꝓportionabilitatẽ supra dictã.s.ꝗm ꝓportionabilitatẽ geometricã q̃ attendit ꝗm equalitatẽ ꝓportiõis:vt si cões pecunie ciuitatis debeãt distribui in singulos:sic oz distributio fieri vt singulis detur aliqd de cõi ꝗm illã ꝓportionẽ ꝗz quã ipsi iudicauerũt in cõi:sicut in negociatiõibus q̃to aliqs plus posuit de pecunia in societate tãto maiorẽ ꝑtẽ accipiet:⁊ in ciuitatib⁹ q̃to aliqs plus seruiuit cõitati tãto sibi plus est distribuẽdũ de bonis cõib⁹: q eniz in duplo plus seruiuit in duplo plus recipiet:⁊ sicut iustũ distributiuũ cõsistit in

q̃rti.c. p̃mi tra. diui⁹ i duas ꝑtes ꝓnci.

3 hac proportionabilitate: ita etiam iniustum oppositum cõsistit in hoc quod hꝫ ꝓportionabilitas pretermittitur.

¶ Iustũ aũt qd̃ est in cõmertijs est quidẽ equũ quoddã: ⁊ iniustũ iniquũ: sed nõ illa comparatiõe rõnũ: sed arithmetica. Nihil enim refert si ꝑbus prauo detraxerit: an prauus ꝑbo: neq̃ si adulterũ ꝑbus an prauus cõmiserit. sed ad dñiam nocumẽti lex respicit tm̃ ⁊ vtiꝫ vt equalibꝫ: si hic iniuriã facit ille patiꝫ: ⁊ si hic nocuit ille est lesus. Quare iniustũ hoc cũ sit iniquũ: iudex eq̃ re conaꝫ: nã cũ hic qdẽ percussus est aut occisus: ille vo percussit aut occidit: passio atq̃ actio diuisa est in partes nõ equas: sed ad equalitatẽ auferendo lucro dãni respectu nititur redigere iudex.

K ¶ In cõmutationibus cõmunibus aũt iustũ est quidẽ equale: ⁊ iniustum inequale sed non ꝑm ꝓportionalitatẽ illã: sz ꝑm arithmeticã. ¶ Nihil enim differt si studiosus prauũ priuabit: vel prauus studiosum: nec si mechatus est studiosus vel prauus. sed ad nocumẽti dñiam solũ respicit lex ⁊ vtiꝫ vt equalibus. Siquidẽ hic iniustum facit, hic aũt iniustũ patitur. ⁊ si hic qdẽ lesit: hic aũt lesus erit: quare iniustũ hoc iequale existens equare tẽtat iudex. ¶ Eteniz cũ hic quidez vulneretur: hic aũt percutiat vel ⁊ occidat. hic aũt moriaꝫ. Diuisa ẽ passio ⁊ actio i inequalia: sed tẽtat dãno equare auferẽs a lucro.

¶ Hec est scẋa pticula in q̃ ondit̃ qd ptinet ad iustitiã cõmutatiuã ex quo appebit quo differũt iustitia ꝓmutatiua
Z ⁊ distributiua: ⁊ p̃ ponit ꝓuenientiã iter istas spẽs iustitie: ꝓueniũt enim in B̃ q̃ in vtraq̃z spẽ iustũ est illud qd̃ est eq̃le: ⁊ iniustũ ineq̃le: sz differũt in B̃ q̃ iniustitia cõmutatiua iustũ nõ est equale ꝗz illã ꝓportionẽ ꝗz quã iustũ est eq̃le ꝗz iustitiã distributiuã: q̃ ꝗz iustitiã distributiuã iustũ est eq̃le ꝑm ꝓportionẽ geometricã. sed iustũ ꝑm iustitiã cõmutatiuã est eq̃le ꝑm ꝓportionẽ arithmeticã: ⁊ est ꝓportiõabilitas arithmetica q̃ attẽdit̃ penes equalitatẽ q̃titatis: ⁊ proportionabilitas geometrica que attendit̃ ꝗz eq̃litatez ꝓportionis: verbi grã. ꝑm ꝓportionẽ arithmeticã sex est mediũ iter octo ⁊ q̃tuor: q̃ ꝑ tãtã q̃titatẽ excedit vnũ istorũ: per q̃tã excedit̃ ab alio: q̃ sex excedũt q̃tuor in duobꝫ ⁊ sex excedunt̃ ab octo in duobꝫ. sed ꝗz ꝓportionẽ geometricã sex nõ est mediũ iter. 8. ⁊. 4. q̃ nõ est eadẽ ꝓportio iter sex ⁊. 4. ⁊ iter. 8. ⁊ sex: q̃ sex se hñt in sexqualtera ꝓportõe ad. 4. q̃ sex cõtinẽt q̃tuor ⁊ eiꝫ medietatẽ. s. duo ⁊. 8. se hñt ad sex in sexqtertia ꝓportiõe: q̃ octo ꝓtinẽt sex ⁊ eius
M tertiã partẽ. s. duo sed sex est mediũ iter. 9. ⁊. 4. ꝗz ꝓportionẽ geometricã: q̃ q̃ est ꝓportio. 9. ad. 6. eadẽ est ꝓportio 6. ad. 4. q̃ vtrobiq̃z est sexqualtera ꝓportio. Mediũ eniz ꝗz ꝓportionẽ arithmeticã ꝑ tãtã q̃titatẽ excedit ꝑ q̃tã excedit: sed mediũ ꝑm ꝓportionabilitatez geometricã ꝑm eandẽ ꝓportionẽ excedit ⁊ excedit: sed nõ ꝑm eandẽ q̃titatẽ: vt ꝑz de. 6. q̃ sunt mediũ iter. 8. ⁊. 4. ꝑm ꝓportionabilitatẽ arithmeticã ⁊ est mediũ iter. 9. ⁊. 4. ꝑm ꝓportionabilitatẽ geometricã. [Nihil enim differt.] Q̃ aũt iustitia cõmutatiua attẽdat eq̃le ꝑm ꝓportionabilitatẽ arithmeticã
12ª cõcło hui⁹. 5. li. õclarat ꝑhs: ⁊ est ꝓclo 11ª: ⁊ pbaꝫ sic. Ubi eq̃le nõ attẽdit̃ ꝑm ꝓportionabilitatẽ ꝑsonaꝝ: sed solũ ꝑm q̃titatẽ dãni ⁊ lucri: ibi attẽdit̃ eq̃litas ꝑm ꝓportionẽ arithmeticã. Sed iustitia cõmutatiua nõ attẽdit eq̃le ꝗz ꝓportionẽ ꝑsonaꝝ ad iuicẽ: sed solũ ꝑm q̃titatẽ dãni ⁊ lucri. iõ ⁊c. Maior ꝑz ex ꝑdictis: q̃ eq̃litas ꝗz ꝓportionẽ arithmeticã attẽdit̃ ꝗz eq̃litatẽ q̃titatis vt dictũ est. ⁊ minorẽ declarat ꝑhs ꝑ hoc q̃ in iustitia cõmutatiua nõ attẽdit̃ diuersa ꝓportio ꝑsonaꝝ: nihil enim differt q̃tũ ad iustitiã cõmutatiuã si bonꝫ vel malus ꝑuabit aliquẽ re sua ꝑ furtũ: nec differt si bonꝫ vel malus cõmisit adulteriũ: q̃ lex attẽdit solũ ad dñiã nocumẽti: vt. s. ille q̃ plus nocuit plus recõpẽset cuiuscũq̃z cõditõis sit. ⁊ sic ꝑz q̃ si vnus duoꝝ iniustũ faciat ⁊ alius iniustũ patiaꝫ: ⁊ vnus ledat ⁊ alter ledaꝫ: lex vtiꝫ his duobꝫ quasi eq̃libꝫ q̃tũcũq̃z sint ieq̃les ꝗz dignitatẽ: vñ iudex q̃ est minister legis tentat reducere inequalitatez que est iter ledẽtẽ ⁊ lesuz ad eq̃litatẽ ꝓstituẽdo eq̃litatẽ in ipsa q̃titate reꝝ nõ ꝑm ꝓportionẽ diuersaꝝ ꝑsonaꝝ. [Etenim.] Dic manifestat ꝑ exẽplũ de lestõe ꝑsonali in q̃ minus est manifestũ: ⁊ dicit q̃ si duoꝝ vnꝫ vulnercẽt ⁊ alius percutiat vel occidit ⁊ aliꝫ moriaꝫ: diuisa est actio ⁊ passio in ieq̃lia: q̃ percutiẽs vel occidẽs hꝫ plus de estimato bono inq̃tũ impleuit volũtatẽ suã: ⁊ ita vꝫ esse q̃si in lucro. Ille aũt q̃ vulneraꝫ vl̃ occidit̃ hꝫ plus de malo q̃ priuaꝫ sanitate vel vita sua ꝗ suã volũtatẽ: ⁊ ita vꝫ eẽ q̃si in dãno. Sed iudex rẽtat B̃ reducẽ ad eq̃le subtrahẽs a lucro ⁊ ponẽs in dãno inquãtũ aufert aliqd a pcutiẽte vel occidẽte ꝗ suã volũtatẽ ⁊ exhibet illõ in cõmodũ vel bonozẽ vulnerati vel occisi.

¶ Dñr enim hec in talibus absolute dõo. Atq̃ q̃q̃ hec noĩa q̃busdã accõmodata non esse videntur: vt ei qui percussit lucrũ: ⁊ ei qui passus est damnũ: cũ mensurata tm̃ fuerit passio hoc dãnũ illud lucrũ vocaꝫ.

¶ Dĩ eniz vt simplr dicere in talibꝫ: ⁊ si nõ aliqbus ꝓprũ nomẽ erit lucrũ: puta pcutiẽti ⁊ dãnũ patiẽti: sz q̃n̄ qdẽ mẽsurata est passio. Vocatur hoc quidẽ dãnuz: hoc aũt lucrum.

¶ Hec est tertia pticula in q̃ remouet qd̃ã dubiũ q̃ posset oriri circa hec noĩa dãnũ ⁊ lucrũ: nã ista oĩa nõ vident̃ hĩe locũ in iniurijs ꝑsonalibꝫ: sz solũ in possessiõibꝫ: seu bonis possessis. ¶ Istud remouet ⁊ itẽdit dicẽ q̃ ista noĩa. s. dãnũ ⁊ lucrũ ꝓprie dñr in rebꝫ possessis: sed q̃ nõ ꝑt accipi certa mẽsura actõis ⁊ passiõis i hꝫ iniurijs ꝑsonalibꝫ. iõ illa noĩa trãsferũt̃ ad iniurias ꝑsonales: vñ q̃n̄ passio ẽ mẽsurata ꝗz mẽsurã iustitie: tũc illõ q̃ ẽ plus vocaꝫ lucrũ: ⁊ illiꝫ q̃ ẽ minꝫ vocaꝫ dãnũ: vñ hꝫ ꝓprie B̃ noĩa ꝓpe inueniũt̃ i rebꝫ possessis: sz large loq̃ndo repiũt̃ i iniurijs ꝑsonalibꝫ.

¶ Quare equũ qdẽ iter plus ⁊ minus mediũ est: lucrũ aũt atq̃z dãnũ plus sunt ⁊ minus: ꝓtrario mõ plus boni ⁊ minus mali lucrũ: ꝓtrariũ aũt dãnũ: quoꝝ mediũ est ipsuz equũ q̃ qdẽ dicimus esse iustũ. Quare iustũ emẽdatiuũ mediũ est iter dãnũ ⁊ lucrũ. Quapp̃ ⁊ cuz ꝓtrouersiã hñt ad iudicẽ, ipsuz cõfugiũt. Ire aũt ad iudicẽ est ire ad ipsum iustũ: iudex eniz vt iustũ est aiatũ suapte natura: ⁊ q̃rũt iudicẽ mediũ. Et vocãt nõnulli mediatores: vt ipsum iustum assecuturi: si medium iustum consequant̃. Mediũ ergo q̃d̃ã est ipsum iustũ si qdẽ est iudex mediũ est. Judex ãt ad eq̃litatẽ redigit.

¶ Quare pluris qdẽ ⁊ minoris equale mediũ: lucrũ aũt ⁊ dãnũ hoc qdẽ plus hoc ãt minꝫ: cõtrarie qdẽ eni: boni plus: mali aũt minus lucrũ: cõtrariũ aũt dãnũ: quoꝝ erat mediũ eq̃le q̃d̃ dicimꝫ esse iustũ: q̃re directiuũ vtiq̃z erit, mediũ dauni ⁊ lucri. Propter q̃d̃ ⁊ q̃n̄ dubitãt ad iudicẽ fugiũt. Ad iudicẽ ãt ire est ire ad iustũ. Judex eniz vult esse velut iustũ, aiatũ: ⁊ q̃rũt indicem

B cẽ mediũ: ⁊ vocãt qdẽ mesidicos tanq̃ꝫ si mediũ attingãt iustũ cõpositi. Mediũ ergo iustũ siquidem ⁊ iudex: iudex autem adequat.

¶ Dec est 4ª pticula in q̃ ꝑhs ifert duo correlaria. p̃m̃ est ex pte ipsi⁹ iusti: ⁊ 2ᵐ ex pte iudicis. Primũ est q̃ iustũ cõmutatiuũ est mediũ iter dãnũ ⁊ lucrũ. Et hec est ꝓclo 13ª. ⁊ pbaꝫ sic. Justũ cõmutatiuũ ẽ eq̃le qd̃ ẽ mediũ iter plus ⁊ minꝫ. Sed lucrũ ⁊ dãnũ in illis circa q̃ fiũt cõmutatiões hñt rõnẽ pluris ⁊ minoris: igit̃ iustũ cõmutatiuũ est inter dãnũ ⁊ lucrũ: ⁊ q̃ dãnũ ⁊ lucrũ: nõ sil̃ez hñt rõnẽ pluris ⁊ minoris in bonis ⁊ in malis. Jõ dicit ꝑhs q̃ diuersimode hñt rõnez pluris ⁊ minoris in bonis ⁊ malis: nã hĩe plus de bono ⁊ minꝫ de malo ꝑtinet ad rõnẽ lucri: sz ꝗriũ. s. hĩe plus de malo ⁊ minꝫ: de bono ꝑtinet ad rõnẽ dãni. [Propter q̃d̃ ⁊ q̃n̄ dubitãt.] Scõz correlariũ accipit̃ ex pte iudicis ⁊ ẽ q̃ iudex est q̃d̃ã iustũ: ⁊ est ꝓclo 14ª. Et pbaꝫ duplr. ꝑ p B̃ q̃ hoĩes q̃n̄ dubitãt circa dãnũ ⁊ lucrũ: refugiũt ad iudicẽ tãq̃ꝫ ad illõ q̃d̃ est iustũ: ad iudicẽ enim ire ẽ ad iustũ ire: nã iudex dz esse tãq̃ꝫ vnũ iustũ aiatũ: vt sez eiꝫ mẽs totalr a iustitia possideaꝫ. Sic ergo ꝑz q̃ q̃z dubitãtes circa dãnũ ⁊ lucrũ fugiũt ad iudicẽ: ⁊ nõ fugiũt nisi ad iustũ: iõ iudex est q̃d̃ã iustũ. Scõo pbaꝫ per B̃ q̃ illud q̃d̃ est mediũ est q̃d̃ã iustũ: iudex est medꝫ. iõ ⁊c. Q̃ aũt iudex sit q̃d̃ã mediũ ꝑz: nã illi q̃ refugiũt ad iudicẽ vident̃ q̃re mediũ iter ꝑtes q̃ litigãt. ⁊ ide ẽ q̃ hoĩes vocãt iudices mesidicos. i. medios seu mediatores: ac si attingaꝫ mediũ in B̃ q̃ deducũt ad illud q̃d̃ est iustũ. Sic igit̃ q̃ iustũ de quo nũc loqmur est q̃d̃ã mediũ iudex q̃ determinat B̃ iustũ est medius inq̃tũ ꝓstituit illud q̃d̃ est eq̃le iter ꝑtes: ⁊ equale est medium inter plus ⁊ minus vt dictum est.

C ¶ Et perinde atq̃z si linea duas in inequales ꝑtis diuisa: id quo maior pars dimidiũ excedit abstulerit: minorizq̃z addiderit ꝑti: cũq̃z totũ diuisum fuerit duas in ꝑtes eq̃les: tũ suũ aiũt hĩe cũ equũ acceperint. Equũ ãt mediũ est iter maius ⁊ minꝫ in arithmetica cõparatione rõnũ: nã si sint duo eq̃lia: ⁊ ablatã ab altero quãtãuis partẽ addideris alteri: talibꝫ duabꝫ excedit ꝑtibꝫ alteꝝ: si enim ablata fuisset ⁊ nõ addita: vna sola ꝑte excederet. Excedit q̃ mediũ vna: ⁊ ipsuz mediũ excedit id a quo est ablatio facta vna. Hoc q̃ cognoscemꝫ ⁊ qd̃ã auferẽdũ ab eo sit q̃ plꝫ hz: ⁊ qd̃ addẽdũ sit ei q̃ minus hz. Jd enim quo mediũ excedit addẽdũ est ei q̃ minus hz. Jd aũt auferẽdũ a maxio est quo excedit̃ mediũ. Sint equales linee tres. A B. C D. E F. atq̃z ab A B. ꝑs auferaꝫ. A H. ⁊ addaꝫ ipsi linee. E F. Sitq̃z illa. D E. quare tota linea. D E. F. excedit. H B. lineã parte D E. ⁊ parte. E. excedit ergo mediam. C D. lineam. D E. parte.



ꝑ ꝑs. c. ¶ Et quẽadmodũ ẽt linea si in inequalia secta: quo maior sectio medietatẽ superexcedit: hoc abstulit ⁊ minori sectiõi apposuit: cũ ãt dicha diuidaꝫ totũ: tũc aiũt hĩe q̃d̃ ipsi⁹ est: cũ accipiãt equale. Eq̃le aũt mediũ est maioris ⁊ minoris ꝗz arithmeticã ꝓportiõalitatẽ. ¶ Propter q̃d̃ ⁊ noiaꝫ diceon: q̃m̃ dicha est quẽadmodũ fiq̃z dicat ⁊ dichastis dicbastes. ¶ Si enim duobus eq̃libꝫ: auferaꝫ ab altero: ad alteꝝ aũt apponaꝫ: duobꝫ his superecedit alteꝝ. Si aũt ablatũ qdẽ sit nõ sit aũt appositũ vno vtiq̃z solũ superecellit mediũ: mediũ q̃ vno ⁊ mediũ a quo ablatũ est vno. hoc q̃ cognoscimꝫ ⁊ qd̃ auferre opz ãplꝫ hñte: ⁊ qd̃ apponere: minꝫ hñti quo qdẽ ãt superecedit̃ auferre a maxio. ¶ Eq̃les in qbꝫ. a. a/ b. b. /. g. g. /. ad iuicẽ. ab. a. a. auferaꝫ. a. e. ⁊ apponaꝫ. g. g. q̃d̃ in qbꝫ. g. d. q̃re tota. d. g. g. eã q̃ est. a. e. superecedit eo q̃d̃ est. g. d. ⁊ eo q̃d̃ est. g. z. eã ergo que est. b. b. eo quod est. g. d.

a	b	g
e		z
a	b	g

¶ Dec est scẋa ꝑs p̃cipalis hꝫ capl̃is: in qua oñdit̃ qualr inueniũt̃ mediũ in iusto: q̃d̃ est directiuũ cõmutationũ: ⁊ ꝑtinet tres ꝑticulas. In pꝰ oñdit qualr inueniũt̃ mediũ iustitie cõmutatiue circa easdẽ res. In 2ª ibi. [Est ãt ⁊ in alijs artibꝫ.] Oñdit q̃d̃ inueniũt̃ mediũ circa res diuersaꝝ artiũ. In tertia ibi. [Uenerũt aũt.] Oñdit originẽ hoꝝ noĩuz: dãnũ ⁊ lucrũ. In pꝰ ꝑticula declarat ꝑ exẽplũ qualr põt inueniri mediũ in iustitia cõmutatiua dicẽs q̃ iudex sic reducit ad eq̃litatẽ sicut si eẽt vna linea diuisa in ꝑtes ineq̃les ille qui vellet ad eq̃litatẽ reducere auferret a maiori ꝑte illud in quo excedit medietatẽ totiꝫ linee ⁊ apponet illõ minori ꝑti q̃ appõne facta ꝑtes q̃ remanẽt sũt eq̃les: q̃z vtraq̃z ẽ medietas totiꝫ linee: ⁊ ita medietas totiꝫ linee erit q̃si q̃d̃ã dicha. i. regula vel mẽsura ꝑ quã ieq̃lia reducunt̃ ad eq̃litatẽ: ⁊ sic cũ totũ q̃d̃ est duoꝝ hoĩuz diuidit̃ tali dicha. i. mẽsura tũc dñr q̃ vnusq̃q̃z hz q̃d̃ suũ est inq̃tũ accipiũt eq̃le q̃d̃ est mediũ iter magis ⁊ minꝫ ⁊ B̃ ꝑm arithmeticã ꝓportionẽ: q̃ mediũ iustitie cõmutatiue tantũ excedit̃ ab eo q̃ hz plus quãtũ excedit illũ q̃ hz minꝫ: ⁊ B̃ ꝑtinet ad ꝓportionẽ arithmeticã: vñ breuiter q̃ iustũ cõmutatiuũ ẽ mediũ ꝑm ꝓportionẽ arithmeticã: iõ illud mediũ equalr excedit minꝫ: ⁊ equalr excedit̃ a maiori: ⁊ iõ iuẽtio hꝫ medꝫ est auferre ab eo q̃ hz plus tãtũ quãtũ excedit mediũ: ⁊ illud ablatũ apponere ei q̃ hz minꝫ: ⁊ sic pueniẽt ad mediũz iustitie cõmutatiue. [Propter q̃d̃ noiaꝫ.] Istõ exẽplũ manifestat ꝑhs esse pueniẽs ꝑ modũ loquẽdi apud grecos dicẽs: q̃ q̃ mediũ hui⁹ iustitie est sicut dicha ide est q̃ iustũ apud grecos vocaꝫ diceon. i. iustũ: ⁊ dichastis. i. iustus ⁊ dichastes. i. iustitia. [Si. n. duobꝫ.] Q̃d̃ aũt ꝑm iustitiã cõmutatiuã opz subtrahẽ ab eo q̃ hz plus istud in q̃ excedit medietatẽ ⁊ apponere illi q̃ hz minꝫ declaraꝫ: ⁊ est ꝓclo 15ª ⁊ pbaꝫ exẽplariter exponẽdo ẽt in terminis. Dicit igit̃ q̃ si sint duo eq̃lia quoꝝ vtrũq̃z hz duas mẽsuras. s. duas palmas ⁊ duos pedes: ⁊ medietas auferaꝫ ab vno ⁊ apponaꝫ alteri. Manifestũ est q̃ aggregatũ ex illo q̃d̃ apponit̃ ⁊ ex illo cui fit appõ superecedit alteꝝ in duobꝫ: q̃z ei cui subtrahit̃ nõ remanet nisi vnũ: sed aggregatũ ex illo cui fit addi tio ⁊ ex addito hz. 3. sed si illud q̃d̃ subtrahit̃ ab vno nõ apponaꝫ alteri manifestũ est q̃ nõ erit excessus nisi in vno. 15ª cõcło hui⁹. 5. li.

¶ Sciẽdũ est q̃ ꝑ illud cui nihil addit̃: nec a q̃ aliqd sbtrahit̃ itelligit ꝑhs mediũ iustitie cõmutatiue q̃z ille habz q̃d̃ suũ est: ⁊ nec plus nec minus: ꝑ illud aũt cui addit̃ itelligit̃ ille q̃ plus hz: ꝑ illud aũt cui subtrahit̃ itelligit̃ ille qui minꝫ hz: ⁊ sic ꝑz q̃ ille q̃ plus hz excedit medium in vno. s. in illo q̃d̃ est supadditũ: ⁊ mediũ excedit illud a quo sublatum est in vno. s. in eo q̃d̃ est sibi subtractum. Sic igit̃ per medium cognoscemus qd opz auferre ab illo qui plus hz ⁊ qd opz apponere ei qui minus hz: q̃z minus habenti opz Nõn

apponere illud in quo medium in quo excedit ipsum. Et a maximo.i. ab illo qui plus habz oportet auferre illud in quo mediū excedit ab eo. [Equales in quib⁹.] Proponit que sunt dicta in terminis sint enim tres linee equales: in quaꝝ vna scribant isti termini. a.a.ꝛ ī alia. b.b. ꝛ in tertia g.g.ꝛ maneat linea. b.b. indiuisa. linea vo. a.a. diuidat per mediū in pūcto. e. linea vo. g.g. diuidat ꝑ mediū in pūcto z. auferat igit a linea q̄ est. a.a. vna pars que est. a.e. ꝛ apponat linee q̄ est. g.g. ꝛ vocet hoc appositū. g.d. sic igit pz q̄ tota linea q̄ est. g.z. ꝛ. d. superexcedit eā q̄ ē. a.e. in duob⁹: scz in vno qd est. g.d. ꝛ in vno qd est. g.z. sz linea que est. b.b. excedit in vno solo qd est. g.d. sic igit pz q̄ illud qd est maximum excedit medium in vno: ꝛ excedit minimuz in duobus ad modum proportionis arithmeticē.

¶ Est aūt hoc ꝛ in ceteris artibus: eteniz e medio tollerent nisi agēs ageret ꝛ ꝗtū, ꝛ quale: ꝛ patiens pateretur hoc ꝛ tantum ꝛ tale.

¶ Est autē in alijs artibus hoc: destruerent eni vtiqz: ꝛ si non facit faciens ꝛ quātum ꝛ quale ꝛ patiens pateretur hoc ꝛ tantum ꝛ tale.

¶ Hec est secūda particula secūde partis in qua ostēdit q̄ iustum cōmutatiuū est obseruandum in cōmutatione rerum diuersaꝝ artium: ꝛ hec est cōclo 16ª. que ꝓbat vedu cendo ad inconueniens si detur oppositū, sic. Si ille q̄ fa cit aliqd artificium nō reciperet pro illo artificio tātū ꝛ ta le quātum ꝛ quale fecit, destruerent artifices ꝛ etiā artes: qd est inconueniens: ꝛ ideo oꝛ opera vnius artificis cōmē surari opib⁹: alteri⁹ artificis ad hoc q̄ artifices ꝑmaneāt: ad quod requiritur q̄ fiat iusta comutatio.

16ª cōclo hui⁹, 5. li.

¶ Floia aūt hec damnū ingēs ꝛ lucrum: ex ijs cōtractibus quos sua sponte faciunt homines tracta sunt: qui enim emendo vendendo cetera q̄ agēdo q̄ lege concessa sunt: plus hnt q̄ suū: ij lucrari. Qui minus q̄ in ꝑncipio: ij dānū pati dnr. Sed q neqz plus neqz min⁹ hnt: sed sua per seipsa sunt facta: ij se sua inquit hīe: ꝛ neqz dānū pati: neqz lucrari. Quare iustū mediū est ī ter lucrū qdā ꝛ damnū q̄ fiūt inuitis hominib⁹. Eq̄le ingēs ꝛ prius ꝛ posterius habere.

¶ Venerunt autē noia hec ꝛ dānuz ꝛ lucruz ex voluntaria cōmutatiōe. Plus qdez eniz hīe q̄ q̄ suipsius lucrari dicit: minus autē his q̄ a ꝑncipio dānificari. puta in vendere ꝛ emere ꝛ in quātis alijs licētiā dedit lex. Qñ āt neqz plus neqz minus: sz ipsa ꝑ seipsa fiūt q̄ ipsoꝝ aiūt ipsos hīe. Et neqz dānificari neqz lucrari: q̄re lucri cuiusdā ꝛ dāni mediū iustuz est eoꝝ q̄ ꝓtra voluntariuz eq̄le hīe qd ꝛ ꝑus ꝛ posterius.

¶ Hec est tertia particula secūde partis in qua oñdit originē istoꝝ nominū damnū ꝛ lucrū: ꝛ dicit q̄ ista noia puniūt ex cōmutationib⁹ voluntarys: in qbus p̄ fuit vius taliū nominū. cū eni in cōmutationib⁹ volūtarys aliqs plus hēret q̄ prius habuit dicebat lucrari: qñ aūt minus dicebat dānificari: sicut in emptionib⁹ ꝛ vēditionib⁹: ꝛ oibus alys cōmutationib⁹ q̄ sunt licite fm legē: sed qñ aliqs nec plus nec minus habeat eo qd a principio hūit: tūc dicebat habere ea que eius erāt: ꝛ nihil lucrari neqz amittere. Ex his ꝛcludit q̄ iustū de quo nūc agit est medinz dāni ꝛ lucri: qd qdē nihil aliud est q̄ habere equalē cōmutationez ꝛ prius ꝛ post etiam si fiat ꝑter voluntatez vt patet in eo: qui iudice cogēte restituit alteri qd plus habebat.

Capitulū quintū

de cōtrapasso iusto in quo prius ostēdit q̄ ꝓtrapassuz non est simpliciter iustum vt pythagorici dixerunt: q̄ nec est distributiuū nec directiuū: ꝛ q̄ hoc nō cōgruit in his q̄ differunt fm dignitatem: ꝛ q̄ differēter tribuēdū est volūtarie agenti ꝛ inuoluntarie. Deinde q̄ cōtrapassuz fm proportionabilitatem ꝛ nō equalitatem in cōmutationib⁹ cōmutatiuis sacrū iustum est politicū ꝛ vtile ad cōicationes cōmutatiuas in qbus ciuitates cōmanent ꝛ saluant. Deinde qualr fit fm ꝓportionez ꝛ qualr artifices in cōmutatiuis operib⁹ ipsoꝝ equale ꝛ iustum hīt: ꝛ q̄ numisma est medium huius adequatiōis ꝛ q̄ mutua necessitas ꝑtinet ciuitates: ꝛ qualr numisma est inuētuz: ꝛ quoꝝ iusta operatio est mediū: ꝛ q̄ iustitia est medietas nō fm eundē modum alys virtutib⁹ cuz alie sint medietates duaꝝ malitiaꝝ oppositaꝝ medio, hec autē vnius malitie sibi opposite. s. iniustitie diuise in iniustuz facere ꝛ iniustum pati.

¶ Videt nōnullis ꝛ ipsa repassio simpliciter esse iustū: vt Pythagorici cēsuerūt: q̄ qdez absolute definientes iustū repassionem esse dicebant. Verum repassio nec ad distributiuum iustum.

Videt autē aliqbus ꝛ ꝓtrapassuz esse simplr iustū vt pythagorici dixerūt: determinabāt eni simplr iustuz ꝓtrapassum. ꝓtrapassum autē non ꝑgru it neqz indistributiuum iustuz.

Istud est capl̄z quintū p̄mi tractatus p̄me partis: in quo principalr excludit quādā sniam falsam circa acceptionē medij iustitie: ꝛ ꝑtinet quatuor partes p̄ncipales. In p̄ma ponit ꝛ ꝓbat opinionē pythagoricoꝝ ponētiū q̄ nihil aliud est iustum q̄ cōtrapassuz. In scōa parte ibi. [Sed in cōmutationib⁹.] Oñdit qualr est veꝝ q̄ iustum cōmutatiuū ꝛ cōtrapassuz sunt idē ꝛ qualr in cōmutationib⁹ oꝛ cōtrapassum fieri fm ꝓportionabilitatez. In tertia ꝑte ibi [Propter qd oia.] Ostēdit qualr in cōmutationibus dicta forma ꝓportionalitatis poterit obseruari: q̄ꝛ per mēsurā cōem rebus adinuicē cōmutandis cuiusmodi mēsura est numisma ꝛ indigētia humana. In quarta parte ibi. [Determinatis aūt his.] Oñso qualr iustū est mediū: oñdit qualr iustitia ē mediū. p⁹ ꝓs ꝑtinet duas ꝑticulas. In p⁹ ꝓponit opionē ꝛ ꝓbat eā q̄ iustū ad iustitiā distributiuā. In zª ibi. [Neqz idirectiuū.] Improbat eādē opinionē quātum ad iustitiam directiuā seu cōmutatiuā. In p̄ma particula ꝓponēdo opinionez dicit q̄ qbusdā visum est q̄ vlr loquēdo nihil aliud est iustum q̄ cōtrapassum. s. vt q̄ aliqs patiat fm q̄ fecit: vt si aliqs percussit iustum est q̄ repcutiat: ꝛ fuit opinio pythagoricoꝝ qui determinabāt q̄ simplr iustuz est idē qd cōtrapassuz. Istam opinionē improbat ꝑ3: p̄mo quātum ad iustitiaz distributiuā: ꝛ ꝓbat q̄ iustum fm iustitiā distributiuā nō est idem qd cōtrapassuz: ꝛ hec est cōclusio 17ª ꝛ ꝓbat sic. Ubi nō est reperire cōtrapassum: ibi iustum nō est cōtrapassum: sed cōtrapassum non conuenit nec reperitur circa distributiuum iustum: ideo ꝛc. maioꝛ pz ꝛ minoꝛ apparet ex hoc q̄ iustum distributiuum nō attendit fm q̄ vnus duoꝝ quos oꝛ per iustitiā distributiuā coeq̄ri agit in aliū vel patit ab alio: qd requirit ad rōnem cōtrapassi: sed ad iustum distributiuum solum pertinet q̄ de bonis cōibus fiat distributio fm equalitatem ꝓportionis.

¶ Hec ad emendatiuum accommodat. Quāq̄z eaz ipsam ꝛ Rhadamanthi ipsius iustum asserunt esse.

Si que fecerat: hec etiam patietur ꝛ ipse.
Judicium fuerit perrectuz atqz exitus equus.

Persepe

Capitulū primi tractatus p̄me partis

Dubiuz

Solo. C

17ª cōclo

Persepe enim discrepat: nam siquis magistratum gerens percusserit quempiam: non decet euz repercuti. Et si quispiam eū qui magistratum gerit percusserit: is non solum repercutiendus est: verum etiam supplicio afficiendus. Preterea multum inter se differūt: id qd sponte ꝛ id qd inuitus quispiam facit.

¶ Hecq̄ indirectiuū: quātuis voluerint hoc dicere ꝛ radamāthis iustū: si patiat q̄ que fecit vindicta recte fit. ¶ Multis eni in locis dissonat: puta si principatuz bñs percussit non oꝛ repercuti: ꝛ si principez percussit non percuti solū oꝛ: sed ꝛ puniri. ¶ Adhuc inuoluntarium ꝛ volūtarium differt multum.

¶ Hec est zª ꝑticula: in qua ꝓbat opinio pythagoricoꝝ q̄tū ad iustitiā cōmutatiuā. vñ. ꝓbat q̄ iustū cōmutatiuū nō est idē qd cōtrapassum: q̄tuis qdā legislatoꝛ noīe Radamāthus itroduxit talē legē q̄ si qs patiat illa q̄ fecit fit recta vindicta. [Multis. n. locis.] Probat igit ꝑ hs q̄ iustū cōmutatiuū nō est idē qd ꝓtrapassum. ꝛ hec est ꝛclo 18ª. ꝛ ꝓbat duplr. p̄ per B q̄ in his q̄ differūt ꝗz dignitatē nō sūt idē iustū ꝛ ꝓtrapassuz: ꝛ q̄ ꝓñs nō sunt simplr idē. añs apparet: q̄ꝛ si aliqs in p̄ncipatu ꝓstitu⁹ pcutiat p̄uatā ꝑsonā iustitia cōmutatiua nō regrit q̄ p̄nceps repcutiat. Sicr si aliqs pcutiat p̄ncipē nō sufficit fm hāc iustitiā q̄ pcutiēs p̄ncipē repcutiat: sz iustū ē q̄ grauiꝰ puniat. ¶ Sz hic oī bitat: q̄ꝛ in caº p̄cedēte dixit ꝑ hs q̄ in iustitia cōmutatiua nō attēdit diuersa cōditio ꝑsonaꝝ. nihil. n. differt fm hāc iustitiā si studiosus prauū p̄uauit vel prauus studiosuz: sz lex vtit iequalib⁹ fm dignitatē q̄si eq̄lib⁹. ¶ Dōm est q̄ in iustitia cōmutatiua lex solū attēdit ad dāiaz nocumēti. nūc āt qñ nocumētū attēdit circa subtractionē rei exterioris: puta pecunie vel equalētis nō variat q̄titas nocumēti ꝗz diuersaz cōdōnē ꝑsone. tātū eni nocumētū fieret mihi si p̄nceps p̄uaret me decē libzis sic si p̄uata ꝑsona p̄uaret me decē libzis ꝛ ecōuerso: sz qñ est nocumētū ꝑsonale: tūc q̄titas nocumēti diuersificat ꝗz ꝓdōnē ꝑsone. Maꝰ eniz nocumētū est cū aliqs pcutit p̄ncipē q̄ si pcutiat p̄uatā ꝑsonā: q̄ꝛ in passiōe p̄ncipis nō solū ledit ꝑsona ipsi⁹ p̄ncipis: sz tota res publica q̄ ꝑ p̄ncipē hēt regi ledit in pcussiōe p̄ncipis. Qñ igit dī q̄ in iustitia cōmutatiua nō attēdit ad diuersaz cōdōnē ꝑsonaꝝ: dico q̄ B est veꝝ qñ nocumētū solū attēdit circa subtractionē exteriozis rei: sz qñ fit nocumētū circa ꝑsonā vt in iniurys ꝑsonalib⁹: tūc solū est respiciēdū ad ꝓdōnē ꝑsone: q̄ꝛ tūc variat q̄titas nocumēti: ꝗz diuersaz ꝓdōnē ꝑsone. [Ad hūc inuolūtariū.] Secūdo ꝓbat eadē ꝑ sic. Ubicūqz variat iustū fm diuersitatē volūtary ꝛ inuolūtary ibi iustū nō ē idē qd ꝓpassuz: qd statiz appet: q̄ꝛ si due opatiōes sint eq̄ male vt vna sit volūtaria ꝛ alia sit inuoluntaria: nō est iustuz q̄ eadem pena infligat pro vtraqz. sed maioꝛ pena est infligēda pro opatione mala volūtaria q̄ pro operatione mala inuoluntaria. in talib⁹ eni iustū nō est idem qd contrapassum. potest eni ꝓtrapassuz esse idē: ꝛ tñ nō eē idē iustū. sed ī hꝰ cōmutatiōib⁹ ꝑt vna cōmutatio eē volūtaria ꝛ alia inuolūtaria: manēte ꝓpasso eodē: ꝛ nō manēte eodē iusto. igit in hꝰ cōmutatiōib⁹ iustū cōmutatiuū nō est idē qd ꝓpassuz: q̄ꝛ ꝓpassuz ꝑt eē idē iusto nō manēte eodē: vel ꝑt rō sic formari. Iustū cōmutatiuū nō est idē cū illo qd manet oīno idē iustū cōmutatiuo nō manēte oīno eodē. sz ꝓpassuz ꝑt manere idē vel oīno sile: iusto cōmutatiuo nō manēte eodē: vt pz in cōmutatiōib⁹: q̄ꝛ vna est volūtaria ꝛ alia inuolūtaria in qbus pōt esse idē ꝓpassum nō manēte eadē iustitia cōmutatiua: q̄ꝛ nō est iustū q̄ operās volūtarie ꝛ operans inuolūtarie ceteris paribus eōdē mō omnino puniatur.

¶ Sed in societatibus cōmertioꝝ tale iustum: repassio inquam per comparationem rōnum ꝛ non per equalitatem continet ciuitatem. Ciuitas enim tum conseruatur con retributio fit vt cōparatio flagitat rōnum: nam hoīes aut reddere malū querunt: quod si non faciant seruitus esse videtur: aut retribui sibi bonuz: qd nisi fiat actus dandi beneficium q̄ non fit. At ciuitates hīs cōseruant. Quamobrem ꝛ gratiaꝝ templū in ciuitate media condūt vt retributio fit: hoc enim gratie proprius est: nam is qui suscepit subministret vicissiz ei qui munus contulit: ꝛ ipse rursus incipiat conferre oportet. ¶ Coniunctio autem que per diametrum est facit eam retributionem que per comparationem rationum efficitur. Hoc modo fit. Edificatoꝛ quidem A. Sutoꝛ āt. B. Domꝰ in. C. Et calceꝰ collocet. in. D.

Edificatoꝛ	Sutoꝛ
.A.	.B.
.C.	.D.
Domus	Calceus

¶ Edificatoꝛez igitur a sutoꝛe accipere opus illius ꝛ ipsum illi suum dare oportet. Si igitur primum sit id iustum qd comparatione rōnum est equū: deinde repassio fuerit: erit qd dī: sin minus nō erit equū neqz constabit societas. Nihil enim prohibet vnius opus alterius opere prestabilius esse. Hec igitur ad equalitatē redigant oportet. Est autem hoc ꝛ in ceteris artibus. Etenim e medio tollerent: nisi agens ageret ꝛ quantū ꝛ quale: ꝛ patiens pateretur hoc ꝛ tantū ꝛ tale. Non. n. duobus ex medicis fit societas: sz ex medico atqz agricola: ꝛ ex diuersis oīno ac in equalibus: verū hi redigantur ad equalitatem oportet.

¶ Sed in cōmutationibus qdem cōmutatiuis continet tale iustuz cōtrapassuz fm proportionalitatem: ꝛ nō fm equalitatez. ¶ In cōtrafacere enim ꝓportionale ꝛ manet ciuitas: vel eni hoc male querūt: si autem non: seruitus videt esse si non cōtrafacit: vel qd bene. si aūt nō: retributio nō fit. retributione aūt cōmanēt: propter quod ꝛ gratiaꝝ sacrū ꝓmpte faciunt vt ꝛ retributio fit. hoc enim ꝓprium gratie. Refamulari enim oꝛ ei qui gratiā fecit: ꝛ rursus incipere ipsum gratiam facientē. ¶ Facit enim retributionē eaz que fm ꝓportionalitatē ꝗz diametrū coniugatio: puta edificatoꝛ in quo. a. coriarius in quo. b. domꝰ. n. in quo. c. calciamētū i quo. d.

Edificatoꝛ	Coriarius.
.A.	.B.
.C.	.D.
Domus	Calciamentū

Oportet autem accipere edificatoꝛem a coriario illius opus: ꝛ ipsum illi retribuere quod ipsius. Si igitur primum sit fm proportionalitatē equale: deinde contrapassum fiat: erit qd

2ª pa. c.

dicit: si autē non: nō equale est neq; manet. Nihil enim prohibet melius esse alterius opus q̃ alterius: oportet igitur hic vtiq; equari. ¶ Est aūt hoc ⁊ in alijs artibus. destruere enim si nō fecerit faciens ⁊ quantū ⁊ quale ⁊ patiens passus est ⁊ hoc ⁊ tātū ⁊ tale. Nō enim ex duob⁹ medicis fit commutatio: sed ex medico ⁊ agricola ⁊ oino alteris ⁊ nō equalib⁹: sed hos oportet equari.

¶ Hec est .z^a. pars huius capl'i: in qua ostendit in quibus ⁊ qualiter est verū q̃ iustum cōmutatiuum ⁊ cōtrapassum sunt idem: ⁊ intendit q̃ iustum cōmutatiuum cōtinet in se contrapassum non ꝓm equalitatem: sed ꝓm ꝓportionem.

Instantia

¶ Contra superius dictū est q̃ in iustitia cōmutatiua medium accipit nō ꝓm ꝓportionem geometricā que consistit in equalitate ꝓportionis: sed ꝓm ꝓportionalitatem arithmeticam que cōsistit in equalitate quantitatis.

K Solo.

¶ Dicendum est q̃ circa iustitiā que est circa res exteriores semp oportet esse equalitatem rei ad rem: sed nō actionis ⁊ passionis quē importat contrapassum: quia actio vnius artificis maior est q̃ actio alterius artificis: sicut edificatio q̃ fabricatio cultelli. vnde si edificator cōmutaret actionē suā pro actione fabri non esset equalitas rei date ⁊ accepte. s. domus ⁊ cultelli: ideo in talibus oportet adhibere proportionem: vt fiat equalitas rerum. [In contrafacere enim ꝓportionale.] Probat propositum. s. q̃ iustum cōmutatiuū continet contrapassum ꝓm proportionem: ⁊ hec est conclusio .19^a. huius libri: ⁊ probatur sic. Iustum cōmutatiuum continet illud per quē ciues cōmanent sibi inuicem in ciuitate: ⁊ per quē saluatur ciuitas: quia leges ordinant ad hoc q̃ ciuitas saluetur: ⁊ q̃ ciues ad inuicem cōmaneant. Sed p hoc q̃ ciues ꝓportionaliter cōpatiunt: cōmanēt cives sibi inuicē in ciuitate. ergo iustū cōmutatiuū ꝓtinet ꝓpassus ꝓ ꝓportionē. Maior est nota. ⁊ minor ꝓ p hoc q̃ si vnus ciuis faciat ꝓ alio aliq̃ studet ꝓportionaliter facere ꝓ eodem. Manifestū enim est q̃ oēs ciues hoc querūt vt eis proportionaliter ꝓfiat: per hoc enim cōmanent boies ad inuicē quā fit eis quē querunt. Nūqd igit hoc male querūt q̃ eis ꝓportionaliter ꝓfiat: certe nō male querūt hoc. Si aūt ꝑ nō quererent videret esse seruitus quedā: vt būfacienti alius nō contrafaciat ꝓportionaliter. Seruile enim est q̃ aliquis nō adipiscat ex suo opere: ⁊ nō querat sibi ꝓ suo opere ꝓportionaliter ꝓfieri: sic enim nō fieret retributio debita. Propter hoc enim cōmanent boies ad inuicē q̃ vnus retribuit alteri ꝓ his que ab eo recepit: ⁊ pp hoc bonī boies ꝓmpte exhibent suis būfactoribus gratiarūactiones: q̃si quēdā sacrū fit ꝓ būficio recepto tribuere: retribuere enim ꝓprie pertinet ad gratiarūactionē. Oportet enim q̃ hō iterato seruiat ei q̃ sibi fecit gratiā: idest qui sibi gratuitū beneficiū impēdit: ⁊ si nō tātū ipendit būfactori q̃tū accepit ab eo q̃ rursus incipiat amplius exhibēdo q̃ accepit: vt sic ipse būficium gratuitū ipendat. [Facit. n. retributionē.] Dic ostēdit que est forma ꝓportionis ꝓm quā oportet fieri ꝓpassum: ⁊ intendit dicere q̃ nō semp opus vnius artificis valet tātū q̃tū valet opus alterius: sicut calciamētū quē est opus coriarij nō valet tātū q̃tū valet domus: que est opus domificatoris: ideo in his debet fieri cōtrapassum ꝓm ꝓportionalitatem: ⁊ sic est in alijs artibus. Ideo debet coriarius dare tot calciamenta edificatori quot valerent vnam domū: ⁊ hec est intentio ꝓbi in hac parte. ꝓbs tamen ponit formam ꝓportionalitatis ꝓm quam debet fieri contrapassum in coriario ⁊ edificatore: ⁊ dicit q̃ cōmutatio que est ꝓm diametrū facit in cōmutatiōib⁹ retributionē vel ꝓtrapassum.

19^a cōclusio hui⁹. 5. li.

L

M

¶ Ad cuius intellectū describat quadratus. a. b. c. d. ⁊ ducantur duo diametri se intersecantes. s. a. d. ⁊ b. c. sit igitur edificator. a. ⁊ coriarius. b. domus autem que est opus edificatoris. c. ⁊ calciamentum quod est opus coriarij. d.



Domus Calciamentū

Oportet igit q̃ q̃q; edificator accipiat a coriario opus eius scilz calciamentū: ⁊ oz edificator ꝓ retributione dare coriario opus suū. Si igit adinueniat ꝓm ꝓportionalitatez equalitas. s. vt cōstituant ex vna pte tot calciamēta cōtra vnā domū cū plures expēsas fecerit edificator in vna domo q̃ coriari⁹ in vno calciamēto. Deinde fiat ꝓtrapassus: vt. s. edificator accipiat multa calciamenta adequata vni domo ⁊ coriari⁹ vnā domū: erit quē oī pro retributione ex ꝓportionalitatē factā p diametralē cōiunctionē: ga. s. calciamēta ꝓportionata dant edificatori: ⁊ domus coriario que ex diametrū opponunt. Si enim nō sic fiat retributio nō est equalitas rerū cōmutatarū: ⁊ sic boies nō possent adinuicē cōmanere eo q̃ nihil prohibet opus vnius esse melius q̃ opus alterius artificis. [Est aūt hoc ⁊ in alys artibus.] Eodē mō est in alys artibus. s. vt fiat ꝓtrapassum ⁊ cōmutatio ꝓm ꝓportionē diametralē. Destruerent enim artes si nō tantū ⁊ tale reciperet q̃tum ⁊ quale faceret seu daret: nō enim duo boies eiusdē artis cōmutāt ad inuicē sua opera: puta duo medici: sed vt in pluribus homines diuersarū artiū: vt medicus ⁊ agricola: ⁊ sic de alys quos oportet adequari ꝓm modum dictum.

¶ Quapp ea vniuersa quoꝝ est permutatio inter sese cōparabilia quodāmō esse oportet: p quo numus in vsum boium venit: ⁊ fit quodāmō mediū. Metitur. n. cuncta. Quare ⁊ nimiū atq; parū. Quē nā calcei domui vel victui sunt equales. Oportet igit quē est edificator ad sutorē tot pro domo vel alimēto calceos esse. Quē si hoc nō fuerit: nō erit ꝓmutatio neq; societas: hoc aūt nō erit si nō equa quodāmodo fuerint.

¶ Propter quē oia comparata oportet aliqualiter esse quoꝝ est cōmutatio ad quē numisma venit: ⁊ fit aliqualiter mediū: oia enim mensurat: quare ⁊ superabūdātia ⁊ defectū. Quanta quedā calciamenta eq̃le domui vel cibo. Oportet igit q̃ edificator ad coriariū tanta calciamenta ad domum vel cibū: si enim nō hoc: nō erit cōmutatio neq; cōicatio. Hoc aūt si nō eq̃lia sunt aliq̃liter nō erit.

¶ Hec est .3^a. pars huius capl'i: in qua ꝓbs ostendit qualiter in cōmutationib⁹ ꝓdicta foia ꝓportionis poterit obseruari: ⁊ cōtinet q̃tuor ꝓticulas. In ꝑ^a ꝓticula ostēdit q̃ oia illa quoꝝ potest eē cōmutatio debet eē cōpabilia: quē oia illa que cōparant habent aliquē vnū in quo vel ex quē cōpant ⁊ narrat quē est

quē est illud in q̃ oia cōpabilia cōpant quē est mēsura oium cōmutabiliū: quē est numisma. In .z^a. ꝓticula ibi [Oportet igit.] Assignat rōnē cōmēsuratiōis q̃ fit p numisma. In .3^a. ꝓticula ibi [Erit vtiq; ꝓtrapassus.] Ondit quō ꝓtrapassus iuste fit in cōmutatiōib⁹ ex ꝓdictā cōmēsurationē. In .4^a. ꝓticula ibi [Quē aūt indigētia.] Ondit quō indigētia humana est mēsura: ⁊ quō denari⁹ siue numisma est mēsura.

¶ In ꝑ^a igit ꝓticula ifert ex dictis q̃ oia cōmutabilia sunt cōpabilia in aliquo vno: ⁊ hec est ꝑ zo^a ⁊ pbat ex ꝓcedentib⁹ sic. Oia q̃ hūt ꝓportionē ad inuicē sūt cōpabilia in aliquo vno p quē mēsurat excessus vni⁹ ad alterū vel defect⁹ vel eq̃litas. Aliter. n. nō posset cognoscere valor cōmēsurari: ex oia cōmutabilia hūt ꝓportionē ad inuicē: vt patet ex ꝓcedentib⁹. igit oia cōmutabilia sunt cōpabilia in aliquo vno. Illud autē vnū in quo oia cōmutabilia cōpant est numisma: ad hoc enim inuētū est numisma vt sit mediū ⁊ mēsura oium cōmutabiliū: vt p numisma sciat q̃ cōmēsurabiliū plus valeat ⁊ quē minus. Numisma. n. oia cōmutabilia mēsurat ⁊ q̃tū ad superexcessus ⁊ defectū ⁊ q̃tū ad eq̃litatē. Si. n. sint due res cōmutabiles de qb⁹ dubitat q̃ illaꝝ valeat plus ⁊ q̃ min⁹: ⁊ vtraq; sint eq̃lis valoris recurrēdū ē ad numisma: quē si vna illaꝝ valet duo numismata: ⁊ alia vnū tm̄: illa res q̃ valet duo numismata est in duplo melior q̃ illa q̃ valet vnum tm̄: ⁊ si vtraq; illaꝝ valeat vnus numisma tm̄: ille res sunt eq̃lis valoris: ⁊ ꝓm istā mensurā p numisma fieri pōt de qualz re cōmutabili q̃tū vna excedit aliā in valore vt quot calciamēta adequant in precio vnam domum vel cibū vnius bois per aliquē determinatum tempus.

¶ Oportet ergo aliquo vno mensurari cuncta: sicut ⁊ antea diximus. Hoc aūt est reuera quē indigentia ipsa: que oia cōtinet: nā si nō indigeant: aut nō sit: nō erit permutatio: aut nō eadē erit. Numus aūt ex instituto factus est vt ꝓ indigentia sit. Et ꝓpterea nomen hoc habet: quē nō natura constat sed lege: ⁊ in nobis est situm ipsum mutare atq; inutilem facere.

¶ Oportet igit vno aliquo oia mensurari: quē ad modū dictū est prius. Hoc enim habet veritatē quē indigētia que oia ꝓtinet: si enim nihil indigerēt vel nō sit: vel nō erit cōmutatio: vel nō eadē: puta pp cōmutationē nēcitatis numisma factū est ex cōponē: ⁊ pp hoc nomē habet numisma: quē nō nā sed nomo est: ⁊ in nobis ē trāsmutare: ⁊ facē inutile.

Propter quē numisma factus est. ⁊ quare habuit nomē.

¶ Hec est .z^a. ꝓticula: in qua ꝓbs assignat rōnē ꝓdicte cōmēsuratiōis: q̃ fit p numisma: ⁊ est q̃ illud vnū quē ex veritatē cōmēsurat oia cōmutabilia est indigentia humana. Nō. n. appreciant res ꝓm dignitatē nāe ipsaꝝ rerum aliqn vni⁹ mus q̃ est vnū aial sensibile eēt maioris precij q̃ vna margarita q̃ est inaiata: ex ꝓcia iponūt reb⁹ ex q̃ boies indigēt eis ad suū vsum: ⁊ ꝑ pbat. s. q̃ illō vnū quē mensurat oia cōmutabilia ex veritatē est indigētia humana: ⁊ hec est ꝓclo .21^a. ⁊ pbat p quēdā signū tale: si boies nullo indigerēt nulla eēt cōmutatio: vel si nō sit indigerēt non eadē erit cōmutatio: nō enim darēt illud quē hūt ꝓ eo quo nō indigēt ⁊ hoc est signū q̃ indigētia est ꝓm veritatē mēsura oium cōmutabiliū: quē si nō eēt indigētia nō eēt cōmutatio: ⁊ ad variationē indigētie segit variatio cōmutatiōis. ⁊ quē indigētia mēsurat oia cōmutabilia: pp ꝑ est numisma factū ꝓm cōponē. ꝑ est ex quādā quētione iter boies pp cōmutationē nēcitatis. i. rem nēciaꝝ est ꝓditū iter boies q̃ afferēti denariū dat vnū tm̄ q̃ hō indiget: ⁊ pp ꝑ denari⁹ vocat numus vel numisma a nomos quē est lex: quē denari⁹ nō est mēsura ꝓ nām ex nomo. i. a lege. Est. n. in ptāte nra. s. in ptāte ꝓnci

20^a cōclusio hui⁹. 5. li.

21^a cōclusio hui⁹. 5. li.

nõ est rectitudo: neqz ẽt pctm̃. ¶ Opionis aũt rectitudo veritas. ¶ Sil'r aũt ⁊ determinatuz est iam omne cui⁹ opio est: sed tñ neqz sine rõne eubulia: a mente g̃ deficit: ipsa eniz nequaq̃ enuntiatio: etenim opio nõ quesitio sed enũtiatio q̃dã iam. Cõsilians aũt siue bñ siue male cõsilietur: querit aliquid ⁊ rõcinatur.

¶ Hec est 3ª pars huius capl'i: in qua inuestigat dzias eubulie ostẽdẽdo cuius eubulia est rectitudo ⁊ cõtinet tres particulas. In p̃ma ostẽdit ꝙ eubulia non est rectitudo scie.

I In 2ª ibi[Sed rectitudo q̃dã.]ostendit cui⁹ rectitudo est eubulia. In 3ª ibi[Quia aũt rectitudo.]ostendit qualis rectitudo sit eubulia. In p̃ª ergo ostẽdit ꝙ eubulia nõ sit rectitudo sciẽtie nec opionis: ꝙ eubulia nõ sit rectitudo scie

30ª cõclo hui⁹.6.li. ꝓbat: ⁊ hec est ꝛclo 30ª que ꝓbat sic. Illud nõ vi idigẽ rectitudine qua rectificet in quo nõ cõtingit esse peccatũ: ⁊ in scientia nõ cõtingit esse peccatũ cũ sit necessarior. igit eubulia nõ est rectitudo scie. [Opionis aũt.]ostẽdit ꝙ eubulia nõ est rectitudo opionis: ⁊ hec est ꝛclo

31ª ꝛclo hui⁹.6.li. 31ª que ꝓbat duplr. Primo sic. Quia in opione põt esse falsitas: iõ opio indiget aliqua rectitudie: ⁊ rectitudo opionis est veritas: sicut pctrũ eius est falsitas: ex hoc argr sic. Cui⁹ est alia rectitudo q̃ eubulia: eius rectitudo nõ est eubulia: ⁊ opinionis est alia rectitudo q̃ eubulia. ſ. veritas. igit ⁊c. vñ rectitudo opionis nõ est bonitas ⁊ veritas: iõ eubulia que denoiãt̃ bonitate nõ est rectitudo opinionis. [Silr aũt.]2ª

K ꝓbat sic. Oẽ illud de quo est opio iã est determinatũ q̃tũ ad opiationẽ: ⁊ nõ sit determinatũ quãtũ ad veritatẽ: sed illud de quo est eubulia nõ est determinatũ quãtũ ad eubuliũ. i. ad habẽtẽ eubuliã: qr eubulia nõ est sine rõne ingrente. igit ⁊c. Vñ eubulia nõ est enuntiatio alicui⁹ rei sed ingsitio. ecõtrario aũt opio nõ est ingsitio sed quedã enuntiatio rei opinate: opinans enim dicit verũ esse qd opinat: sed ille qui consiliatur siue bene siue male adhuc querit ⁊ ratiocinatur ⁊ nondũ enuntiat ita esse vel nõ esse: ⁊ ita eubulia nõ est rectitudo opinionis.

¶ Sed ipsa ꝓsultatio bona: ꝓsilij quedã est rectitudo. Quapp querẽdũ est primũ qdnã sit consiliuz: ⁊ circa quid ipsum versetur.

¶ Sz rectitudo quedã est eubulia cõsilij: pp qd

L cõsilium querendũ primũ quid ⁊ circa quid.

¶ Nec est 2ª particula tertie ptis: in qua ostẽdit cui⁹ rectitudo est eubulia: ⁊ ꝛcludit ex pdictis ꝙ eubulia est rectitudo cõsilij: ⁊ hec est ꝛclo 32ª que sequit ex pdictis sic. Eubulia est rectitudo scie vel opionis vel cõsilij: ⁊ nõ est rectitudo scie vel opionis. igit est rectitudo cõsilij: ⁊ iõ ad pfectã notitiã eubulie oportet inquirere quid sit consiliuz ⁊ circa quid: ⁊ hec determinata sunt in 3º huius.

32ª ꝛclo hui⁹.6.li.

¶ Cum vo multiplr rectitudo dicat̃: constat nõ omnẽ rectitudinẽ bonã ꝓsultationẽ eẽ. Incõtinẽs. n, ⁊ prauꝰ id qd videre ꝓponit attinget cogitãdo rõnẽq̃z subducendo. Quare recte qdẽ cõsultabit: malũ aũt magnuz existimabit. Bene vo cõsultasse: bonũ qdã esse ꝓstat. Talis eniz rectitudo cõsilij qua bonũ qspiã asseq̃ põt/

M bona est cõsultatio. At põt qspiam ⁊ hoc rõcinatione falsa attingere: ⁊ id qd facere opz asseq̃. Nõ aũt p qd opz: sed falsus medius terminus esse põt. Quare nec ipsa bona est ꝓsultatio: qua qspiã adipiscit id qd opz: nõ tñ p qd opz. Preterea fieri põt vt alius lõgo deliberans tẽpore id cõsequat: alius cito. Igit nec illa bona est cõsultatio. Sed ea reductio bona est ꝓsultatio q̃ qspiã rõne cõducẽtis assequit qd opz ⁊ vt opz ⁊ cum opz. Insup fit vt ⁊ absolute qspia bñ cõsultet: ⁊ ad aliquẽ finẽ. Atqz bona qdẽ cõsultatio absolute est ea q̃ ad eũ finem qui est absolute finis pergitur recte: quedam aũt ea qua ad aliquẽ finem.

Multiplr dr rectitudo.

¶ Quia aũt rectitudo multiplr: manifestuz qm̃ nõ oĩs. Incõtinẽs eniz ⁊ prauus qd ꝓponit videre ex rõcinatione adipiscet. Quare recte erit cõsilians: magnũ aũt malũ assumens. Videtur aũt bonũ qdãz bñ cõsiliari: talis enim rectitudo cõsilij eubulia que boni adeptiua.

N

¶ Sz est ⁊ hoc falso syllogismo: ⁊ qd qdẽ opz facẽ sortiri: per qd aũt nõ: sed falsuz mediũ terminũ esse: quare neqz ipsa aliqualr eubulia: ꝑm quam qd opz adipiscit: nõ qdez per qd oportuit. ¶ Adhuc aũt multũ tẽpus cõsiliãtẽ sortiri: hunc aũt velociter. igit neqz illa aliqualr eubulia: sed rectitudo que ꝑm vtile: ⁊ cuius opz: ⁊ vt: ⁊ qñ.

¶ Adhuc est simplr bñ consiliari ⁊ ad quẽdaz finẽ: ea qdẽ vtiqz simplr que ad finem qdẽ simplr dirigẽs: quedã aũt que ad quẽdã finem.

¶ Nec est 3ª pticula tertie ptis: in qua ostẽdit q̃lis rectitudo sit eubulia: ⁊ circa hec ponit 4ª cõditiones eubulie. ⁊ p̃mo dicit ꝙ rectitudo dr multiplr. vno mõ ꝓpe. alio mõ metaphorice. ꝓprie dr rectitudo in bonis: ⁊ metaphorice ⁊ ꝑm similitudinẽ dr in malis: vt si dicam⁹ ꝙ aliqs est rectefur: ⁊ sic dicimus ꝙ oĩs rectitudo ꝓsilij est eubulia: ⁊ hoc ꝓbat: ⁊ hec est ꝛclo 33ª que ꝓbat sic. Hoc nomẽ eubulia significat bñ ꝓsiliari ad deueniẽdũ ad aliquẽ bonũ finẽ: ⁊ nõ oĩs rectitudo ꝓsilij est ad bonũ finẽ. igit nõ oĩs rectitudo ꝓsilij est eubulia. Minoz ꝓbat. nã prauus ⁊ incõtinẽs q̃ñqz p rõcinationẽ suã ⁊ ꝓsiliũ inuenit illud qd intẽdit cognoscere: vt cũ inuenit viã p quã possit peccatũ ꝓpetrare: ⁊ tũc dr recte ꝓsiliari: qr inuenit mediũ qd recte ducit euz ad malũ finẽ intẽtũ: ⁊ ita pz minoz. ſ. ꝙ nõ oĩs rectitudo cõsilij est ad bonũ finẽ: qr aliq̃ est q̃ recte ducit ad finez malũ. Nec igit est vna ꝓditio eubulie. ſ. ꝙ est rectitudo respectu finis boni. Est. n. eubulia rectitudo ꝓsilij boni adeptiua. ꝑm Lincoñ. eubulia dr ab eu qd est boꝰ ⁊ bule ꝓsiliũ. [Sed est ⁊ hoc.]2ª cõditio est ꝙ eubulia est adeptiua finis boni p viã bonã per quã opz. ¶ Ad cuius itellectũ est sciendũ ꝙ sicut in speculatiuis aliq̃ñ ꝓcludit ꝏ vera p falsuz mediũ ita in opõnib⁹ q̃ñqz pueniẽt ad finẽ bonuz per malã viã: ⁊ hoc est qd dicit ꝙ aliq̃ñ ꝓtingit sortiri bonum q̃ñ falso syllogismo: ita. ſ. ꝙ aliqs cõsiliãdo pueniat ad illõ qd opz facere: sed per qd nõ opz: vt cũ aliqs furat̃ vt subueniat pauperi: ⁊ hoc est ac si aliqs ad verã ꝛclonẽ assumeret aliq̃ mediũ falsuz: ⁊ enim finis in intentione sit p̃nꝰ ⁊ medius terminus: tñ in via executionis quã ingrit ꝓsiliator/finis se hz sicut ꝛclo ⁊ illud qd est ad finez sicut p̃nꝰ ⁊ mediũ. Sic igit cũ cõtingat deuenire ad bonũ finẽ p mediũ malũ: ⁊ per qd nõ opz/nõ est eubulia que totalr sonat in bonũ: sed opz ꝙ sit rectitudo cõsilij ⁊ ꝙ aliqs adipiscit qd opz. [Adhuc aũt multũ tẽpus.]3ª ꝓditio eubulie est ꝙ sit in tpe ⁊ ꝙ opz. Cõtingit eniz q̃ñqz ꝙ aliq nimis multũ tp̃s ponũt in ꝓsilio: ita ꝙ labit̃ opportunitas exequẽdi. ꝓtingit ẽt q̃ñqz ꝙ aliq nimis velociter ⁊ p̃cipitãter ꝓsiliãtur. vñ nec ꝑm hoc tp̃s nec ⁊ illõ est vera eubulia: sed va eubulia est rectitudo ꝓsilij circa illud qd est vtile ad finez bonũ ꝑm modũ ⁊ tp̃s qd opz. [Adhuc est simplr.]4ª ꝓditio eubulie est ꝙ sit rectitudo cõsilij ad finez cõem totius vite humane. Cõtingit eniz ꝙ aliqs bñ ꝓsilieẽ simplr ad finẽ toti⁹ vite. ⁊ cõtingit ꝙ aliqs bñ ꝓsilieẽ ad aliquẽ finẽ pticularẽ. vñ eubulia simplr est q̃ dirigit ꝓsiliũ ad finem cõem totius vite humane. Illa autem rectitudo que dirigit ad quendam finem particularem nõ est eubulia simpliciter: sed est eubulia quedam.

O

¶ Oz si bñ cõsultare prũdentiũ est: cõsultatio bona rectitudo est ea qua rõne cõferentis ad aliquẽ pergitur finẽ: cuius ipsa prudentia est existimatio vera.

¶ Si vtiqz prudentiuz bene consiliari eubulia

A 4ª pte. c. diffinit. eubulie. erit vtiqz rectitudo que ꝑm cõferens ad quẽdã finẽ cuius prudentia va suspicatio est.

¶ Nec est 4ª pars p̃ncipalis huius capl'i: in qua ex pdictis cõcludit diffo eubulie: ⁊ dicit ꝙ si prudẽtiũ sit oĩno bñ cõsiliari: eubulia simplr est rectitudo cõsilij in ordie ad illũ finẽ circa quẽ verã estimationẽ hz prudẽtia simplr dicta vel simplr prudẽs: ⁊ hic ẽ finis cõis totiꝰ vite humane. Ex oib⁹ que dicta sũt põt itelligi diffo eubulie talis. Eubulia est rectitudo ꝓsilij ad finẽ bonũ simplr p vias congruas ⁊ tẽpore cõueniẽti: ⁊ hec est ꝛclo 34ª. Pz eius probatio per

34ª ꝛclo hui⁹.6.li. probationes partium eius prius positas.

Capitulum secundũ

tractatus tertij in quo determinat de synesi: que est rectitudo iudicij. qd ipsa' est ⁊ ꝙ nõ totalr est idẽ scie vel opinioni nec alicui vni scia: qr nõ est de eisdẽ de

B qbus aliqua illa: sed est de dubitabilib⁹ ⁊ cõsiliabilibus: ⁊ pp hõ est circa eadẽ circa que est prudẽtia: nõ tñ est idez cum ea: qr prudẽtia est p̃ceptiua. Synesis aũt iudicatiua opõnis prudẽtie: ⁊ ꝙ synesis neqz ẽ hãe neqz sumẽ prudẽtiã: qr hãe eã simul est cũ ea: sumere aũt p̃us: synesis vo posterior est ea: ⁊ de gnomone ꝙ est ⁊ qd est. ſ. epyiches iudiciũ rectũ. i. directiuum iudicij recti ꝑm legẽ: ⁊ oes predicti habitus in idez tendunt. ſ. gnomon synesis prudẽtia ⁊ itellectus: ⁊ ꝙ sunt singulariũ ⁊ ꝙ itellectus est p̃ncipioꝝ tam scibiliũ q̃ operabiliũ: ⁊ hic est speculatiuus: hic aũt practicus qui est singulariũ contingentium.

¶ Est ⁊ ipsa sagacitas: cui ꝓtrariũ est hebetudo. Quibus sagaces dicim⁹ ac hebetes nec idem oĩno qd scia aut opinio. Oes eniz scientes vel opinantes sagaces

C essent) nec vlla q̃dã scia: vt aut medicina de sanis: aut geometria circa magnitudines. Neqz eniz de iis est q̃ sunt semp ⁊ nõ mouent̃: neqz de quouis eoꝝ q̃ fiunt: sed de qb⁹ dubitauerit quispiã aut cõsultauerit.

Caput 2ᵐ 3.tra.6.li. ethi. p̃ pte ca.

¶ Est aũt ⁊ synesis ⁊ asynesia hz quas dicimus synetos ⁊ asynetos neqz totalr idẽ scientie vel opinioni. Oes. n. erunt syneti. ¶ Neqz aliqua vna earum que ꝑm ptẽ scia: puta medicinalis: de sanis eniz vtiqz erit: aut geometria circa magnitudines. Neqz eniz de semp entibus ⁊ imobilib⁹ synesis est: neqz de factis cuicũqz: sed de qbus dubitabit vtiqz aliquis ⁊ consiliabitur.

D Scdi. ca. tra. 2. diuisio in tres ptes p̃n.

Istud est

capl'm 2ᵐ tractatus tertij: in quo ꝓbs determinat de synesi ⁊ gnomone: ⁊ de cõparatione istaꝝ vtutũ ad inuicẽ ⁊ ad prudẽtiã: ⁊ cõtinet tres ptes p̃ncipales. In p̃ª determinat de synesi. In 2ª ibi[Uocata autez gnomone.]determinat de gnomone. In 3ª ibi [Sũt aũt oes.]cõparanꝭ pdicte vtutes ad inuicẽ ⁊ ad prudentiã. p̃ª pars cõtinet duas pticulas. In p̃ª cõparat synesim ad scia ⁊ opionẽ. In 2ª ibi[Propter qd.]Cõparat synesim prudẽtie. In p̃ª igit pticula dicit p̃mo ꝙ synesis hz quã dicimus aliquos synetos. i. sensatos: ⁊ ꝓxiuz ei⁹ qd est asynesia ꝑm quã dicim⁹ aliquos asynetos. i. insensatos: qd nõ est totalr idem ꝙ scia vel opinio. vnde ꝓbat duo. p̃ª est ꝙ synesis nõ est idẽ ꝙ scia vel opinio sic ꝙ synesis ⁊ hz disiunctũ scia vel opinio nõ sunt cõuertibilr idez. 2º ꝓbat ꝙ nulla scia est synesis. Prio igit ꝓbat ꝙ synesis non est

35ª ꝛclo hui⁹.6.li. idẽ ꝙ scia vel opio: ⁊ hec est ꝛclo 35ª que ꝓbat ducẽdo ad incõueniẽs si det oppositũ sic. Nullus hõ est qui non hẽat aliquã sciam vel opinionẽ. Si igit synesis esset idẽ ꝙ scia vel opio: sequeret ꝙ oes hoies haberẽt synesim: ⁊ per ꝓñs oes hoies essent sensati: qd est incõueniẽs ⁊ manifeste falsuz. [Neqz aliqua vna.]Probat ꝙ nulla scia est synesis: ⁊ hec est ꝛclo 36ª que ꝓbat sic. Quia si esset aliq̃ vna scia: esset de illo de quo est illa scia. vñ põt sic argui: qd non est de eodẽ de quo est aliq̃ scia: nõ est aliqua scia: sed synesis nõ est de eodẽ de quo est aliq̃ scia. ergo nõ est aliqua scia: ⁊ p ꝓñs nulla scia est synesis. Maior pz ⁊ minor declarat̃ q̃ st inductiue. synesis nõ est de illo de quo est medicina: quia sic esset de sano ⁊ egro: nec est de illo de quo est geometria: qr geometria est circa magnitudis de qb⁹ non est synesis: nec est synesis de bis de qbus est scia nãlis: nec est de semp entib⁹ de qbus est metaphysica: nec est de factis alicui: sed est de dubitabilibus de qbus est ꝓsiliũ: ⁊ sic patet de quo est synesis: qr est de dubitabilibus de qbus consiliatur aliquis

36ª cõclo hui⁹.6.li.

¶ Quapp est quidem de iis circa que versat prudẽtia. Nõ est aũt idẽ sagacitas ⁊ prudentia: prudentia nãqz preceptiua est. Finis enim ipsius est quidnã sit agẽdũ aut nõ agendũ precipere: sagacitas autẽ vis iudicãdi dumtaxat. Idem est enim sagacitas ⁊ bona intelligentia: quippe cum sagaces sint ⁊ boni intelligẽtes. Neqz aũt habere neqz accipere prudẽtiã est ipsa sagacitas: sed in opinationis vsu ad ea bene iudicanda de qbus est prudentia alio dicente consistit. Fitqz hic perinde atqz cum discipulus ea discit ac comprehendit: que a scientia tradente precipiuntur.

¶ Propter qd circa eadẽ qdẽ in qbus prudẽtia est. Nõ est aũt idẽ synesis ⁊ prudẽtia: prudentia qdẽ eniz p̃ceptiua est: qd eniz opz agere vel nõ finis ipsius est: synesis aũt iudicatiua soluz. Idẽ eni synesis ⁊ eusynesia: ⁊ ẽt syneti ⁊ eusyneti. ¶ Est aũt neqz hãe prudẽtiã neqz sumere synesis: ⁊ quẽadmodũ discenti dr syniene: qñ vtitur scia: sic in vti opõne in iudicare de his de qbus prudentia est: alio dicẽte ⁊ iudicare bene: eu eniz ei qd est bñ idẽ: ⁊ hinc venit nomẽ synesis ꝑm quã eusyneti ex ea que est in discere. Dicimus eniz discere syniene multotiens.

¶ Nec est 2ª pticula p̃me ptis: in qua cõparat synesiz prudentie. ⁊ p̃mo cõparat synesim ⁊ prudẽtiã ad inuicẽ ⁊ cõueniẽtiã. 2º ꝑm dr̃iam. cõueniunt eniz synesis ⁊ prudentia in hoc ꝙ sunt circa consiliabilia: sed synesis ⁊ prudẽtia dr̃nt: ⁊ hec est ꝛclo 37ª que ꝓbat sic. Uirtutes bñtes operationes differẽtes dr̃nt: sed synesis ⁊ prudẽtia hñt diuersas opõnes. igit ⁊c. ꝓbatio minoris. nã prudentia est preceptiua qd oportet agere: ⁊ synesis ⁊ ẽt eusynesia est solum iudicatiua. Silr syneti ⁊ eusyneti sunt iudicatiui. ¶ Intelligendũ ꝙ synesis est solũ iudicatiua: ⁊ prudẽtia nõ solũ est iudicatiua: sed est ẽt p̃ceptiua: ⁊ in hoc differũt synesis ⁊ prudẽtia. ¶ Intelligẽdũ ẽt ꝙ per dictũ ꝓbi pus: ⁊ p dcm̃ eiusdẽ hic: est manifestũ ꝙ prudẽtie sũt tres opõnes. nã prudẽtia est cõsiliatiua ⁊ iudicatiua: vt pz ex pcedentibus: ⁊ prudẽtia est preceptiua: vt pz per ꝓbm hic: ⁊ ita sũt tres operationes prudentie. ſ. consiliari iudicare ⁊ precipere. ¶ Intelligendũ est ꝙ in speculatiuis in quibus non est actio est solum duplex opus rationis scilz inuenire inquirendo: ⁊ de inuentis iudicare: ⁊ hec sunt duo opera rationis speculatiue: sed rõnis practice sunt tria opera. ſ. inquisitio per cõsiliũ que pertinet ad eubuliã: ⁊ iudiciũ de ꝓsilia-

E

F

G

H

37ª ꝛclo hui⁹.6.li.

Nõn

Nõn

tis qd̃ pertinet ad synesim. Illi enim dicunt̃ syneti. i. sensati: qui possunt bñ iudicare de agendis: nec stat rõ practica hic: sed vlterius pcedit ad agẽdũ: ⁊ iõ regrit̃ tertiũ opus q̃si finale ⁊ cõpletiuũ. s. pcipere q̃ pcedat̃ ad actũ. vñ cõsiliũ seu ingsitio ordinat̃ ad iudiciũ: ⁊ iudiciũ ordinat̃ ad pceptũ. ¶ Est aũt neq; bõe prudẽtiã. ¶ Probato q̃ synesis nõ est prudẽtia pbat̃ q̃ synesis nec est bõe prudẽtiaꝫ nec est idẽ q̃ sumere. i. acqrere prudẽtiã: ſ; synesis consistit in vsu. vbi gr̃a. discere in greco qd̃ est qdã vsus scie dr̃ xyniene qñ sciẽs vtit̃ scia sic xyniene dr̃ in vti opõne practica. s. in iudicare de gbus est prudẽtia: alio exste discere: ⁊ alio iudicare bñ. eũ eniꝫ in greco idẽ est q̃ bñ. vñ hoc nomen eusynesis ꝓ q̃ dicunt̃ aliq; eusyneti. Est igit̃ sensus q̃ xyniene in greco significat aliquẽ vsuꝫ alicuius bitus itellectualis: q̃ vsus nõ solũ est discere sed ẽt iudicare: ⁊ synesis ꝓm q̃ nũc loqmur venit a xyniene qd̃ est iudicare. Nota q̃ xyniene in greco duo significat. s. discere siue docere ⁊ iudicare: ⁊ synesis de qua loquimur venit a xyniene qd̃ est iudicare: ⁊ nõ a xyniene qd̃ est discere: ⁊ ex hoc ipsi⁹ synesis est iudicare de opib⁹ prudẽtie. pbat̃ ꝛcl'o intẽta. s. q̃ synesis nõ est habere prudẽtiã nec sumere. i. acqrere prudẽtiã: ⁊ hec est ꝛcl'o 38ª que pbat̃ sic. Habere prudentiaꝫ sit̃ est cũ prudẽtia ⁊ sumere prudẽtiã est ꝑus q̃ prudẽtia: sed synesis est posterior q̃ prudẽtia. ergo synesis nec est hẽre prudẽtiã nec est sumere prudẽtiã: q; synesis est posterior vtroq; ordina cõstructionẽ ꝓm Lincoñ. sic. Synesis nec est bõe prudentiã nec sumere: ſ; quẽadmodũ quis docens vtit̃ sciẽtia in docẽdo. discere est ipsius discipuli/illud docere dr̃ xyniene. sic in vti opõne iudicare de ei⁹ prudentia est: alio. i. prudẽte docẽte hoc est pcipiẽte: hõ iudicare bñ. vñ multotiẽs dicim⁹ discere. i. docere qd̃ est vti scia xyniene ⁊ multotiẽs dicim⁹ xyniene bñ iudicare: ⁊ sic accipitur synesis in ppositio ꝓm q̃ est rectitudo seu bonitas iudicij.

38ª ꝛcl'o bui⁹. 6. li.

¶ Ea vo que vocat̃ snia qua bñ sentientes hoies dicimus: sententiamq; habere: iudiciũ est rectũ equi ⁊ boni viri. Cuius hoc indiciũ est Bonũ eniꝫ ⁊ equũ viruꝫ ad ignoscendũ pcliuẽ dicimus esse: ⁊ veniaꝫ in aliqb⁹ dare bonũ ⁊ equũ esse. At venia snia est iudicatiua recta equi ⁊ boni viri: recta aũt est ea q̃ est ipsi⁹ veracis.

¶ Vocata aũt gnome ꝓm quã eugnomonas ⁊ habere aimus gnomen: epychos est iudicium rectũ. Signuꝫ aũt: epychia enim maxie aimus esse syngnomonicum: ⁊ epyches habere circa quedaꝫ syngnomen. ¶ Syngnome autem est iudicatiua epyche: recta autem veri.

¶ Hec est ⁊ª ps pncipalis bui⁹ capl'i: in qua determinat de q̃dã vtute adiuncta prudẽtie que vocat̃ gnome: ꝓm quaꝫ eugnomonas. i. bñ sententiantes: ⁊ hõe gnome. i. attingere ad rectã sniaꝫ dicimus. vñ gnome nihil aliud est q̃ rectũ iudiciũ eius qd̃ est obm epyichie. vñ gnome est eiusdẽ bñ iudicatiuus ad qd̃ epyichia inclinat: ⁊ iõ gnome est habit⁹ in rõne piunctus prudẽtie: sed epyichia est habitus inclinatiuus ad opandũ ea que p̃ gnome iudicant̃: ⁊ ideo epyichia est in appetitu ⁊ piungit̃ iustitie: q; eniꝫ legislator nõ põt oia pricularia preuidere eo q̃ sunt infinita ⁊ infinitis modis variabilia: oportꝫ legẽ in vl'i traditã in aliqb⁹ casibus deficere: ⁊ rectũ iudiciũ in talibus fit p̃ vtutes que dr̃ gnome: que est recte iudicatiua de his in gbus lex deficit. vñ obꝫ gnome est casus singularis in quo lex vl'r tradita peccauit. vñ idẽ est obm ipsius epyichie ⁊ ipsius gnome: sed gnome est virtus bñ cognoscitiua illius obiecti: ⁊ epyichia est vtus inclinatiua ad operãdum illud qd̃ gnome iudicat operandũ. vñ sicut synesis iportat rectũ iudiciuꝫ circa ea que in plurib⁹ cõtinguntꝫ ita gnome importat rectuꝫ iudiciuꝫ circa directionẽ iustitie legalis bene iudicãdo de his in gb⁹ lex positiua deficit. vñ gnome est recte iudicatiuuꝫ circa obiectũ epyichie: ⁊ hõ signũ est q̃ hoieꝫ qui est epyiches maxie dicimus esse syngnomenicũ p̃ quãdã clementiam temperantẽ sniam: ⁊ ille qui est epyiches dr̃ hõe syngnomen. i. quãdã tẽperantiã snie. etiam ipsa virtus que dr̃ syngnomi est recte iudicatiua eius qd̃ est epyiches ⁊ in ꝗ est recta q̃ verũ iudicat. vñ breuiter gnome non est aliud q̃ rectitudo iudicij circa obiectũ epyichie.

¶ Oẽs aũt habitus nõ sine rõne ad idẽ tendũt. Nam sniam: sagacitatẽ: prudẽtiã: ⁊ mentẽ ad eosdẽ afferentes: prudẽtes illos atq; sagaces ⁊ sniam habere mentemq; dicimus. Oẽs. n. he potentie extremoꝝ sunt ac singulariũ. Atq; idẽ ea rõne qua est idoneus ad ea iudicanda de gb⁹ est prudẽs sagax est beneq; sentiens: aut ad dandã veniaꝫ aptus. Bona. n. ⁊ equa oib⁹ sunt cõia bonis ea rõne qua ad aliũ tendũt: sunt aũt singularia ⁊ extrema ea oia que agi pñt. Et prudentem oportꝫ ipsa cognoscere. Et sagacitas ⁊ snia circa hec ipsa versatur. Hec aũt sunt extrema. Et intellectus extremorũ est ad partẽ vtrãq;. Etenim primoꝝ terminoꝝ ac extremoꝝ itellect⁹ est ⁊ nõ rõ. Is qdẽ qui ad demonstrationes attinet imobiliũ terminoꝝ atq; primoꝝ. Is aũt q̃ in agendis rebus versat̃ extremi ⁊ cõtingentis atq; alterius ppõnis. Hec eniꝫ pncipia sunt eius gr̃a cui⁹. Ex singulis. n. ozit̃ ipsum vl'e: hoꝝ igit̃ sensuꝫ habere oportꝫ: hic autẽ est intellectus. Quapropter ⁊ nãlia hec esse videnṭ. Atq; sapiens qdẽ nã est nemo: sententiaꝫ aũt hõ ⁊ sagacitatẽ ⁊ intellectũ nã. Signum autem est nos hec etates etiam sequi putare: atq; hec etas intellectũ ⁊ sniam habet: tanq̃ cã sit ipsa natura.

¶ Sunt aũt oẽs isti habit⁹ rõnabil'r in idẽ tendẽtes: dicimus eniꝫ gnomẽ ⁊ synesim ⁊ prudentiã ⁊ intellectũ in eodẽ inferẽtes gnomen hõe ⁊ intellectũ: iõ ⁊ prudẽtes ⁊ synetos. oẽs eniꝫ potentie he extremoꝝ sunt ⁊ singulariũ ⁊ in eo q̃ dez q̃ iudicatiuus est de qb⁹ prudẽs synetus ⁊ eugnomũ vel syngnomũ. epyichia enim cõia bonoꝝ oium sunt in eo q̃ ad alteꝝ: sunt aũt singulariũ ⁊ extremoꝝ oium opabilia: eteniꝫ prudentes oportꝫ cognoscere ipsa ⁊ synesis ⁊ gnome circa opabilia: hec aũt extrema. ¶ Et intellect⁹ extremoꝝ in vtraq;: etenim primoꝝ terminoꝝ ⁊ extremoꝝ itell's est ⁊ nõ rõ. hic qdem ꝓm demõstrationes imobiliuꝫ terminoꝝ ⁊ primoꝝ. Hic aũt in practicis extremi ⁊ pringẽtis ⁊ alteri⁹ p̃positiõis: principia. n. ei⁹ qd̃ est cuius gr̃a ipse: ex singularib⁹. n. vl'e. hoꝝ igit̃ oportꝫ hõe sensũ: hic aũt est itell's. Propter qd̃ ⁊ nãlia vñr eẽ hec: ⁊ nã sapiẽs qdẽ nullus: gnomen aũt hõ ⁊ synesiꝫ ⁊ intell'm. Signũ aũt qm̃ ⁊ etatibus existimamus sequi: ⁊ hic aliqua etas intellectũ habet ⁊ gnomen vt natura causa existente.

¶ Hec est ⁊ª pars pncipalis bui⁹ capl'i: in qua cõparat oẽs pdictos habitus ad inuicẽ ⁊ continet duas pticulas. In pª

ponit cõuenientiã inter habitus pdictos ⁊ illã cõuenientiã pbat. In ⁊ª ibi. Propter qd̃ ⁊ pn⁹. Concludit ex dictis q̃dã corrolaria. Dicit igit̃ primo q̃ oẽs dicti habitus. s. gnome: synesis: intellectus ⁊ prudẽtia in idẽ tendũt ⁊ eisdẽ attribuũtur: q; oia pdicta: que vocat potẽtias: q; sunt pncipia actionũ: sũt singlariũ: q; opabilia sũt sic extrema vt supra dcm̃ est de prudentia. ¶ Et in eodem. ¶ Probat q̃ synesis ⁊ gnome sunt extremoꝝ singulariũ: ⁊ hec est ꝛcl'o 39ª que pbat̃ dupl'r. Primo sic. Synesis ⁊ gnome sicut ⁊ synetus ⁊ eugnome. i. bñ sententians vel signome. i. tẽperanter sententians: est iudicatiuus de illis de gbus prudẽs pcipit: ea enim que sunt epyichie de gbus est gnome: pñt se habere cõiter ad oia bona humana quoꝝ est prudẽtia incõtũ vnũqdq; hoꝝ se hz ad alterũ: qd̃ est de rõne iustitie. Epyiches eniꝫ est qdã iustũ vt dictũ est in 5º huius. vñ argr̃ sic. Synesis ⁊ gnome sunt de illis de gb⁹ prudẽs pcipit: sed prudẽs precipit de opabilib⁹ que sunt singularia ⁊ extrema. igit̃ synesis ⁊ gnome sũt singulariũ extremoꝝ vel circa singularia extrema. ¶ Intellectus ⁊ extremoꝝ. ¶ Probat idẽ de itellectu. s. q̃ intellectus est extremoꝝ: ⁊ hec est ꝛcl'o 40ª que pbat̃ sic. Intellectus qdã speculatiuus ⁊ qdã practicus: ⁊ vtrq; intell's est extremoꝝ. nã itell's speculatiuus qui est primoꝝ pncipioꝝ imobiliũ: q; eoꝝ cognitio ab hoie remoueri nõ põt: qui pcedit in demõstrãdo a pncipys imobilibus ad ꝛcl'onẽ: incipit a primis terminis q̃ per sensum cognoscunt̃. pn⁹ eniꝫ cognoscimus inquãtũ terminos cognoscimus. Intellectus igit̃ speculatiuus est extremoꝝ: ⁊ hoc põt intelligi vel q; est pncipioꝝ indemõstrabiliũ que sũt extrema cõplexa in pcessu demõstratiuo: vel q; intellect⁹ incipit a cognitione sensitiua que solũ cognoscit singularia que sunt extrema: ⁊ ita itellect⁹ speculatiuus est extremoꝝ q; incipit a sensu qui cognoscit singularia q̃ sunt extrema: intell's ẽt practicus est singulariũ pringẽtiũ q̃ sũt extrema ⁊ sunt alterius ppõnis syl'l'i practici. s. minoris ⁊ nõ maioris que est vtis in syl'o practico. Intellect⁹ practicus pcedit a singularibus ad pn⁹: ⁊ pcedit ad ea tanq̃ ad illõ cui⁹ cã. hoc est tanq̃ ad cãm finalẽ. Dñt enim modũ cãe finalis ex hoc q̃ cognitio singulariũ ordiat̃ ad cognitionẽ primoꝝ pncipioꝝ cõplexoꝝ: ⁊ singularia bñt rõnẽ pncipioꝝ: q; ex singularib⁹ accipit̃ vl'e: ⁊ hec singularia cognoscunt̃ p̃ sensuꝫ: nõ solũ per sensuꝫ exteriorẽ: sed p̃ sensuꝫ interiorem: ⁊ hic sensus vocat̃ itellectus: q̃ est circa singularia: quẽ Phs 3º de aia vocat intellectũ passiuũ qui est corruptibilis. Sic igit̃ pz q̃ intellectus est extremoꝝ: q; taꝫ itellect⁹ speculatiuus q̃ practicus est extremoꝝ: al'r nõ ⁊ aliter: q; intellectus speculatiuus est extremoꝝ que sunt pn⁹ indemõstrabilia que cognoscunt̃ per cognitionẽ terminoꝝ: ⁊ intell's practicus est extremoꝝ vt singulariũ pringẽtiũ. ¶ Propter qd̃ ⁊ nãlia. ¶ ⁊ª pbat ꝛcl'onẽ per signũ: q; eniꝫ pdicti bitus sũt circa singularia oportꝫ q̃ cognoscant̃ p̃ vtutes sensitiuas que opant̃ per organa corpalia: ⁊ ppter hoc hõ habit⁹ vident̃ esse a nã: nõ q̃ total'r sint a nã: sed q; ex nãli dispõne corpis aliq; sunt pmpti ⁊ apti ad hos actus ita q̃ p̃ modicam experiẽtiã cõplent̃ in eis: qd̃ nõ accidit circa habitus intellectuales q̃ sunt circa vtia. Nullus eniꝫ dr̃ geometer vel metaphysicus ꝓm nãm q̃tuis aliqui sint magis apti q̃ alij ad istas scias: sed hoc est ꝓm dispõnẽ remotã: non ꝓm dispõnẽ ppinquã ꝓm quã aliqui dñr habere gnomen vel synesim ⁊ intellectũ passiuũ: quẽ dicimus esse circa singularia. vñ hoc est signũ q̃ synesis ⁊ gnome sunt extremoꝝ singulariũ: q; vtutes intellectuales q̃ cõsequunt̃ dispõnẽt nãlẽ corpoꝝ. sunt singulariũ. synesis ⁊ gnome sequunt̃ dispõnẽ nãlẽ corpoꝝ. igit̃ ⁊c. Minor pbat̃ p̃ qdã sig⁹ qd̃ est q̃ nos estimamus q̃ ꝛsequunt̃ etates hoiuꝫ ꝓm quas trãsmutatur dispositio naturalis corporum. Est enim aliqua etas vt etas senilis que ppter quietẽ a transmutationibus corporalibus habet huiusmodi intellectũ etiam gnomen quasi sit natura causa hoꝝ.

¶ Quocirca principiuꝫ ⁊ finis est intellect⁹. Ex his enim ⁊ de his ipse demonstrationes efficiunt̃. Quare nõ minus eoꝝ qui sunt experti: ⁊ senioꝝ vel prudẽtiũ in demonstrabilib⁹ sententijs opinionibusue: q̃ ipsis demõstrationib⁹ mentẽ adhibere oportꝫ: q; nãq; iã experiẽtia visuꝫ habẽt pncipia ipsa cernũt: qd igit̃ prudẽtia ⁊ sapientia est: ⁊ in gbus vtraq; versat̃: ⁊ diuersarum aiẽ partium vtrãq; virtutem esse iam diximus.

¶ Propter qd̃ ⁊ principiũ ⁊ finis intellect⁹: ex his. n. demõstrationes ⁊ de his. ¶ Quare oportꝫ attendere expertoꝝ ⁊ senioꝝ vel prudẽtium in demõstrabilib⁹ enuntiationib⁹ ⁊ opionib⁹ non min⁹ demõstrationũ. pp habere enim expientiaꝫ visuꝫ videt̃ pncipia. ¶ Quid qdẽ igitur est prudẽtia ⁊ sapia ⁊ circa q̃ vtraq; est exñs: ⁊ qm̃ alteri⁹ aiẽ particule ꝛtus vtraq; dictũ est.

¶ Hec est ⁊ª pticula tertie ptis: in qua cõcludit duo corrolaria ex pdictis. pm̃ est q̃ itell's q̃ est bñ discretiuus singulariũ in practicis nõ solũ se hz sicut pn⁹ sed sicut ꝗ: vñ intellectus in practicis est pn⁹ ⁊ finis: ⁊ illud est pm̃ corrolariuꝫ ⁊ est ꝛcl'o 41ª: ⁊ intelligit̃ sic. Qꝫ in practicis singulare intellectuꝫ est pn⁹: ⁊ ẽt finis: que pbat̃ sic. In syl'o practico ꝓm quẽ rõ mouet ad agendũ oportꝫ q̃ minor ppositio sit singularis: ⁊ ita singulare est pn⁹. Oportꝫ etiã q̃ cõclo sit singularis: q; minor est singlaris: ⁊ iõ oportꝫ q̃ ꝛcl'o sit singularis: ⁊ hoc pz etiã: q; ꝛcl'o est de singulari opabili: ⁊ sic ꝛcl'o est finis syl'l'i practici: ⁊ ita in practicis intell's. i. singulare intellectũ est pn⁹ ⁊ finis. ¶ Intelligendũ q̃ nõ est sic in speculatiuis. nã in speculatiuis demõstrationes pcedũt ex pncipys quoꝝ est itell's: sed nõ dantur demõnes de eis: sed in practicis demõnes danṭ ex his. s. singularibus ⁊ danṭ de his: hoc est ꝛcl'o fit ex his. ¶ Quare oportꝫ. ¶ ⁊ª corrolariuꝫ est q̃ in practicis oportꝫ credere simplicib⁹ enuntiationibus expertoꝝ ⁊ senioꝝ ⁊ prudentũ: ⁊ hec est ꝛcl'o 42ª que pbat̃ sic. Oportꝫ credere simplicib⁹ enũtiationib⁹ indemõstrabilibus. i. que nõ demonstrent̃ eis q̃ bñt rectũ iudiciũ de operabilib⁹ ⁊ vident pn⁹ opabiliũ: q; pn⁹ sunt certiora ꝗnib⁹: sed expti senes ⁊ prudẽtes bñt rectũ iudiciũ de opabilib⁹ ⁊ vident pn⁹ opabiliũ. igit̃ ⁊c. Maior pz: ⁊ minor declaratur: nã intell's q̃ est pncipioꝝ opabiliũ ꝗsequit̃ expientiaꝫ ⁊ etates ⁊ pficit̃ p̃ prudẽtiã: ⁊ iõ expti senes ⁊ prudẽtes habent rectũ iudiciuꝫ de opabilib⁹ ⁊ vident pn⁹ opabilium.

¶ Intelligendũ est q̃ sicut in speculationib⁹ ad intellectũ absolutũ in vtib⁹ pinet iudiciũ de primis pncipys ⁊ ad rõnẽ pinet discursus qui est a pncipys ad ꝛcl'ones: ita in singularib⁹ vis cogitatiua que hic vocat̃ itell's ad quez dicit pinere prudẽtiã synesim ⁊ gnome hz absolutũ iudiciũ de singularib⁹ opabilib⁹: sed rõ pticularis est ꝓm quaꝫ fit discursus ab vno in aliud: ⁊ ad rõnẽ pticularẽ hz q̃ discurrit ab vno in aliud pinet eubulia quã Phs nõ enumerat hic cũ alys. ¶ Quid qdẽ igit̃ prudẽtia. ¶ recapitulat ⁊ pz. ¶ Dubiũ est vtrũ eubulia ⁊ synesis sint vtutes distincte a prudẽtia. Videt̃ q̃ nõ: q; que bñt eandẽ opõnẽ non sunt vtutes distincte: ſ; opatio eubulie est bñ consiliari ⁊ opõ synesis est bñ iudicare: sed ille sunt opõnes prudẽtie: q; ad prudẽtiaꝫ pinet bñ consiliari bene iudicare bñ pcipere. igit̃ ⁊c.

¶ Ad illud dicunt quidam q̃ sunt virtutes distincte: q; bñt operationes principales distinctas. Nam principalis

Nõn

Dubiuꝫ

rõ

Solo.

Ad rōnes

opatio prudētie est bñ pcipere: ⁊ opatio eubulie est bene cōsilio/ri: ⁊ opatio synesis/est recte iudicare: ⁊ iste opōnes sunt diuerse. Et per hoc pz ad rōnē in cōtrariū: q2 opōnes pncipales istaꝝ virtutū sunt diuerse. ¶ Sz tūc est dubiū: ex quo oēs iste tres opōnes sunt opōnes prudētie non vz

Du^m pp dicta.

q oporteat alias vtutes ponere pp istas opōnes cum sola

Solō.

prudētia sufficiat. Propter ꝗ possz dici q eubulia ⁊ synesis nō sunt vtutes: sed sunt rectitudines opationū prudētie vt Phs videt velle: vel posset pbabilr dici q sunt partes subiectiue prudētie: sic q prudētia est genus subalternuz ptinēs sub se vnā vtutē que est bñ psiliatiua circa ea q̄ sūt ad finē: ⁊ hec vocat eubulia: ⁊ aliaz q̄ est bñ iudicatiua de pcōsiliatis: ⁊ tertiā que est bñ preceptiua ad exequendum ea que iudicata sunt: ⁊ hec retinet sibi nomen cōe prudentie: q2 eniz nō hz nomen ppriū: ideo sibi appropriat nomē cōe: ⁊ sic hoc nomen prudētia/est nomen equocuz: q2 vno

Nomen prudentie equocuz.

mō nomen generis cōis ad has tres vtutes. s. ad cōsiliatiuaz iudicatiuā ⁊ preceptiuaz: ⁊ alio mō est nomen speciei

K

significans precise virtutē preceptiuā: ⁊ q2 huic virtuti nō est nomen ppriū ipositū: ideo appropriat sibi nomen prudentie in vna significatione. Fm q accipit prudētia stricte p vna specie tñ: ⁊ eodē mō de gnome. s. q ipsa est ps subiectiua prudētia: ⁊ si querat vtrū iste virtutes. s. eubulia synesis ⁊c. sint vtutes nāles vel acqste: videt mihi esse dōz q sunt nāles quātū ad earū inchoationē: sz quātū ad earū cōpletam perfectionem sunt acquisite per exercitium studium ⁊ experientiam.

Trac. 4° 6. li. ethi.

Tractatus quartus de vtilitate vtutū intellectualiū ⁊ connexione prudētie cū vtutibus moralibus: ⁊ ēt de cōnexione vtutuz moraliuz ad inuicē continēs duo capla. p^m est de vtilitate sapiētie ⁊ prudētie: ⁊ de cōnexione prudētie cū vtutib^9 moralibus: eo q nō pōt esse sine eis. Capl'm z^m ibi [Intendēduz est vtiqz rursus.] determinat de cōnexione virtutum moraliuz cū prudētia ita q sine prudētia nō pōt esse virt^9 moralis. Et ēt de cōnexione vtutū moraliū inter se.

Capitulum primū in quo dubitat: vtruz sapientia ⁊ prudentia sint ad aliqd vtiles. Et videt q sapiētia ad nihil sit vtilis: eo q nō est circa ptingētia ex qbus hō fit felix. Prudētia autez sz sit circa talia vz supflua: q2 agimus bona ab habitibus factis a nobis pseuerdine tanq̄ nā: iō nō est opus scire ea sicut nec medicinale vt sani simus. Deinde dubitatur. que eaꝝ sit pncipalior. vtrū sapia vel prudētia. pp hoc eniz q prudētia est preceptiua videt esse pncipalior: soluit pmuz dubiū per vtrasqz esse fm se eligibiles: eo q sunt vtutes: sz nihil ab ipsis fieret. z° rndet vtrasqz facē ad felicitatez vt existentes ptes ipsius: nō vt medicinalis ad sanitatem: sed vt sanitas ad opa sana. 3° p prudētiaz dirigere ad rectā intentionē quā facit vtus deinde qualiter vtuosis necessaria est prudentia: ⁊ q est quedā vtus nāli. s. dinotita

M

que est adinuentiua cōferentiū ad finē: que postea cū intētione bona fit prudentia: cum aūt mala fit astutia.

¶ Dubitauerit aūt qspiā ad qdnā habit^9 bi sint vtiles. Nā sapiētia qdē nihil eoꝝ contēplatur ex qbus fuerit hō felix. Nullius. n. est gnationis: prudētia aūt hoc qdem hz: sed cuiusnā gra opus est ipsa. Si prudentia qdez est ea que circa iusta ⁊ honesta bonaqz hoi versatur. Nec aūt sunt ea que viri boni est agere: atqz ipsa sciendo non magis ad agēdū nos sumus idonei si virtutes sunt habitus: quēadmoduz nec ea sana que non efficiunt bonā corpis habitudinē: sz ab ipsa pueniūt. Non. n magis apti sumus ad hec agenda medendi artē aut exercendoꝝ corpoꝝ facultatē habendo. Qō si nō boꝝ gratia sit ponēda prudentia: sz vt studiosi homines fiant: iis nō fuerit vtilis sane q iaz sunt studiosi. At nec ēt iis q studiosi nō sunt. Nihil. n. refert siue ipsi habeāt: siue alijs habentibus peant: atqz hoc satis est nobis: quēadmodū ⁊ in sanitate. Nam ⁊ si valere volumus: medicinā tamen nō discimus.

Capl'm tra. 4. li. ethi. p^m pa.

Dubitabit autē vtiqz aliqs de ipsis qd vtiles sunt: sapientia qdē enim nihil speculat ex qbus erit felix hō: neqz vnius eniz est generationis. ¶ Prudentia aūt hoc idez habet: sed cuius gratia opus est ipsa. Siquidez prudētia est que circa iusta ⁊ pulchra ⁊ bona hominī: hec aūt sunt que boni est viri operari. Nihil aūt magis operatiui: in eo qō est scire ipsa sumus: siquidem operatiui habitus vtutes sunt: quēadmodū neqz sana neqz bene habētia que cūqz nō in eo qō est facere: sed in eo qō ab habitu esse dicunt: nihil eniz magis operatiui in eo qō est habere medicinalē ⁊ exercitatiuā sum^9. ¶ Si aūt nō boꝝ gratia prudentē ponendū: sz eius qō est fieri: exrnis studiosis nihil vtiqz erit vtilis. ¶ Adhuc aūt neqz non habentibus: nihil eniz differret ipsos habere vel alijs habentibus persuaderi sufficienter q habeant vtiqz nobis quēadmodū circa sanitatē: volētes enim sani esse tñ nō discimus medicinalem.

Primū trac. 4° in tra. tes pa.

Iste est p^m capl'm tractatus q̄rit: in quo agit de vtilitate sapie ⁊ prudētie: ⁊ de cōnexione prudentie cū vtutibus moralibus. ⁊ cōtinet tres ptes pncipales. In p^a mouet tres dubitationes circa vtilitatez sapie ⁊ prudētie ⁊ circa eaꝝ pncipalitatē. In z^a ibi [Primū qdez igit.] soluit dubitationes inductas. In z^a ibi [De eo aūt qō est.] determinat de cōnexione prudētie cuz vtutibus moralib^9. Pria ps est ingstiua seu dubitatiua in qua mouetur tres dubitationes: ⁊ ptinet duas pticulas. In p^a mouet duas dubitationes. In z^a ibi [Adhuc aūt incōueniēs.] mouet vnā dubitationē. Prima est vtrū sapientia ⁊ prudētia sint ad aliqd vtiles: ⁊ hec cōtinet duas dubitatiōes. ⁊ pmo arguit. pbādo q sapia ad nihil est vtilis: q2 qcqd est vtile in reb^9 humanis valet ad felicitatez que est vltimus finis

O

humane vite: sz sapia cū sit de pmis pncipijs entiū nō est hō: q2 nō speculat aliqd eoꝝ p que hō fit felix: cuiusmodi sunt opōnes vtutū quaꝝ nullā cōsiderat sapia.] Prudentia aūt.] Prosequit dubōnē q̄tum ad prudentiā q nō sit necessaria seu vtilis hoi: q̄uis sit cōsideratiua opationum humanaꝝ ex qbus hō fit felix: q2 prudentia solū est consideratiua opationuz bonaꝝ ex qbus hō fit felix: sed p hoc q hō cōsiderat ⁊ cognoscit opōnes vtuosas nō opz q operet eas: nō eniz est aliqs opatiuus eoꝝ que sunt fm aliquē habitū ex eo q hz habitū ad cognoscendū ea sicut pz: nas ex eo q aliqs hz sciam medicinalē vel exercitatiuā nō est magis operatiuus eoꝝ que ptinent ad hoiem sanū. Medicus enim exrnis eger bñs tñ sciam de sanitate nō pōt pp hoc opari sicut sanus: nec p ꝛnis opari opa sani. igit eodez mō ex hoc q aliqs hz notitiā de virtutibus ⁊ de opōnib^9 fm vtutē qō fit p prudentiā. nō est pp B magis opatiuus opationuz virtuosaꝝ: ⁊ per ꝛnis prudentia cum solum sit cognitiua ⁊ nō operatiua: non videt esse vtilis homini ad

consequendū

A cōsequendū fin ē: q2 p solas opōnes vtutū quas nō opatur prudētia pōt hō deuenire ad finē vltimū.] Si aūt nō horū gra.] excludit quādā rnsionē. Posset enim aliqs dicē q prudētia est necia hoi ad hoc q fiat vtuosus: sed qñ fact^9 est vtuosus nō idiget prudētia ad hoc q opet opa vtutis. vbi gra. Ars eniz medicine est necia ⁊ vtilis ad hoc q hō fiat sanus postq̄ fuerit eger: sz postq̄ hō habuerit sanitatē nō indiget arte medicie ad hoc q opet opa sanitatis. s. talia opa qualia opat sanus: ⁊ eodē mō hō indiget prudētia ad hoc q fiat vtuosus: sz qñ factus est vtuosus nō indiget prudētia. Istā rnsionē excludit Phs pbādo q prudētia nō est solū vtilis ad fieri vtuosuz: ⁊ hec est 2clo 43ª q̄ pbat dupl'r. Prio q2 fm hoc qñ hoies essent studiosi ⁊ virtuosi ad nihil eēt eis vtilis prudētia: qō est manifestū incōueniēs.] Adhuc aūt.] z° pbat per hoc q prudētia non est vtilis nō bñtib^9 vtutē ad fieri vtuosum: q2 nihil differt ad

43ª 2clo hui^9. 6. li.

B hoc q aliqui fiāt vtuosi vtrū ipsi hēant prudētiā vel q p suadeant ab alijs q bñt prudētiā sicut pz circa sanitatem: cuz eniz volumus fieri sani nō pp hoc opz addiscere artē medicine: sed sufficit nobis vti cōsilio medicoꝝ. ergo pari rōne ad hoc q efficiamur vtuosi nō opz q ipsi habeam^9 prudētiā sz sufficit q a prudētibus instruamur. vñ pōt sic rō deduci ad pbandū q nō opz euz eē prudētē q oz fieri vtuosus: q2 nō opz eū eē prudētē ad hoc q fiat vtuosus q pōt psuasione alterius bñtis prudētiaz fieri vtuosus: sz hō pōt fieri vtuosus psuasione alterius bñtis prudētiā: vt pz per sile de eo q oz fieri sanus quē nō opz hze nec addiscere artē medicie ad hoc q fiat sanus: sz sufficit q psuadeat ab aliquo habēte artē medicine. igitur ⁊c.

C Insuper absurdū sane videbit si prudētia que qdez

C est iserior sapia: sit magis domina q̄ ipsa magisq̄ pnceps: nā ea que agit: dominat in singulis atqz iubet. De his igit est dōm: nūc eniz de ipsis dubitaum^9 tm. ¶ Adhuc aūt incōueniēs eē vtiqz videbit si deterior sapia exrnis principalior ipsa erit: faciēs. n. principatur ⁊ precipit circa singuli. De his aūt dōm: nunc aūt dubitatū est de ipsis solum.

¶ Dic ponit z^a pticula pme ptis: in qua mouet dubitationē circa pncipalitatē sapie ⁊ prudētie: ⁊ est que illaꝝ vtutū sit pncipalior. s. vtrū sapiētia vel prudentia sit pncipalior. Uidet eniz per supius dicta q prudētia sit deterior ⁊ inferior dignitate q̄ sapia: ⁊ tñ vz Phs rōnē q prudētia sit pncipalior: q2 prudētia opat ⁊ pcipit: hz eniz sub se politicaz

D cū politica sit quedā prudētia ⁊ politica preordinat q̄sdaz disciplinas quas debitū est esse in ciuitatib^9 ⁊ quales opz vnūquēqz addiscere ⁊ vsquequo: ⁊ sic vz prudētia pcipere ⁊ pncipari sapie: q2 incōueniens videt q deterior pncipet meliori. de his igitur que tacta sunt est dōm: nūc autē tacta sunt per modum dubitationis.

¶ Primū itaqz dicim^9 has expetēdas necessario p seipsas esse: qppe cū sint partiū vtrarūqz vtutes: etiaz si neutra ipsaꝝ qcq̄ efficiat. Deide ⁊ faciūt qdē. At nō vt medicina sanitatē: sed vt sanitas sic sapia felicitatē: nam cum sit pars totius virtutis felicem efficit ex eo

2ª ps.

quia habetur ac operatur.

¶ Primū qdē igit dicimus: q2 hz seipsas necessariū eligibiles ipsas esse vtutes qdem exrnes vtrasqz vtriusqz pticule: ⁊ si nō faciūt nihil neutra ipsaꝝ. ¶ Deinde ⁊ faciūt qdē nō vt medicinalis aūt sanitatē sed vt sanitas: sic sapia felicitatem: pars enim existens totius virtutis in haberi facit etiam operari felicem.

E

¶ Hec est z^a ps pncipalis hui^9 capl'i: in qua soluit dubitationē que est de vtilitate sapie ⁊ prudētie: alia eniz dubitatio que est de cōpatione sapie ⁊ prudētie in pemīnētia solueē in capl'o sequēti. Ista pars continet duas pticulas. In pma soluit dubitationē cōiter q̄tū ad prudētiā ⁊ sapiam simul. In z^a ibi [Adhuc opus pficit.] soluit dubitationez specialr quātū ad prudētiā. In pma igit pticula soluit dubitationē quātū ad prudētiā ⁊ sapiaz simul: ⁊ pponit duas solones. p^m cōsistit in interēptione istius ꝛnitie: p sapiam ⁊ prudētiā hō nihil opat ad felicitatē. igit sapia ⁊ prudētia sunt inutiles: hec eniz ꝛnitia nō valet: q2 etsi neutra earum bzet aliquā operationē tñ essent fm se eligibiles cum sint vtutes pficiētes vtrāqz partē aie rōnalis. s. ptē scientificaz ⁊ ptē rōcinatiuā siue itellectū speculatiuū ⁊ practicū. Nūc

F

aūt vnicuiqz est eligibilis sua pfectio. vñ pōt hic poni cōclusio 44ª que est q sapia ⁊ prudētia essent eligibiles ⁊ si nullā opōnē bērent: que pbat sic. Ois pfectio ptis rōnalis est eligibilis et cui^9 est pfectio: sz sapia ⁊ prudētia eēnt pfectiōes ptiū aie rōnalis: ⁊ si nullā opōnē bzent: igit sapia ⁊ prudētia eēnt eligibiles etsi nullā opōnē bznt.] Deide ⁊ faciunt.] z° rnsio est etiā p iterēptionē: cū eniz dz q sapia ⁊ prudētia nihil faciūt ad felicitatē istud interimit: nec est exēplū cōueniēs qō iduceba: nō eniz hoc mō se bñt sapia ⁊ prudētia ad felicitatē sicut ars medicine ad sanitatē vel ad opa sana: sed sicut sanitas ad opa sana. ¶ Intelligēdū

Nōn^m

q ars medicine facit sanitatē sicut qōdā opus exteri^9 operatū: sed sanitas facit opa sana que nō sunt nisi vsus ipsi^9 habitus sanitatis. Felicitas aūt est opus exteri^9 opatū sed est opatio pcedēs ab habitu vtutis. vñ felicitas nō est qōdā extrinsecū a sapia cū sapia sit quedā ps vtutis cōis. vñ

G

ex hoc q aliqs hz sapiam ⁊ opat fm eā est felix. ¶ Intelligēdū ēt q opus sanitatis est duplex: qōdā itrinsecū: qō. s. est in eodē subiecto cū sanitate: cuius est digerere cibum: currere vt currit sanus: ⁊ sic de alijs: ⁊ qōdā est opus extrinsecū sanitatis vt aliqō opus vel artificiū exteri^9 operatuz fm q est natū fieri ab hoie sano. Cū igit dicit Phs q sapiētia se hz ad felicitatē sicut sanitas ad opa sana: dz B intelligi de opib^9 itrinsecis sanitatis ⁊ nō de opib^9 extrinsecis.

Nōn^m Duplex opus sanitatis.

¶ Preterea opus ipsuz ⁊ p prudētiā ⁊ p vtutez moris pficit. Et. n. vtus qdē ppositū ipsuz efficit rectū: prudentia aūt ea que in illud pducūt. Quare aūt ptis aie que qdē est principiū vegetandi nulla est talis virtus: qppe cū in ipsa nō sit agere aut nō agere situm.

H

¶ Adhuc opus pficit ⁊ fm prudentiā ⁊ moralē vtutē: vtus qdē enitz intētionē facit rectā. Prudentia aūt que ad hāc. Quare aūt particule aie non est virtus talis. s. nutritiue: nihil eniz in ipsa operari vel non operari.

I

¶ Hec est z^a pticula scōe ptis pncipalis: in qua soluit dubitationē spāl'r q̄tuz ad prudētiā: ⁊ fuit hec dubitatio q ex quo prudētia est solū vtutis cognitiua: solū facit cognoscere vtutes ⁊ nō facit opari hz vtutē: ⁊ ita videt esse inutilis: q2 opatio fm vtutē nō est cognoscere: ⁊ sic est inutilis hoi quātū ad cōsecutionē finis hois. s. felicitatis que ꝛsistit in opōne vtutis. Istud motiuū soluit Aꝝ. per interēptionem huius assumpti. s. q p prudētiā nō sumus opatiui operum vtutis. Istud est falsuz: qñ opus vtutis pficit hz vtrāqz. s. fm prudētiā ⁊ hz moralē vtutē: ⁊ hoc declarat. s. q opatio vtutis pficit fm prudentiā ⁊ fm moralē vtutem: ⁊ hec est

45ª 2clo hui^9. 6. li.

2clo 45ª que pbat sic. Ad pfectā operationē vtutis moralis requirunt duo. s. q homo habeat rectā intētionē de fine ⁊ q bene se habeat circa ea que sunt ad finem. s. inqui-

rendo iudicãdo ⁊ ꝑcipiendo circa ea que sunt ad finẽ: sed per vtutẽ mozalẽ hõ hz rectã intentionẽ de fine: quia vtus mozalis inclinat in debitũ finẽ: ⁊ per prudentiaz hõ bene se hz circa ea que sunt ad finẽ: qz prudentia est bñ cõsiliatiua iudicatiua ⁊ ꝑceptiua eoꝝ que sunt ad finez. igiꝫ opõ vtu: is ꝑficiꝫ ꝓm prudentiã que ꝑficit partẽ rõnalẽ ꝑ essentiaz ⁊ per vtutẽ mozalẽ que perficit partẽ rõnalez per participationẽ. Alterius aũt ꝑticule aĩe irrõnalis. ſ. nutritiue nõ est virtus: qz in ipsa nõ est operari ⁊ nõ opari: hoc est in potestate eiꝰ libera nõ est operari ⁊ nõ opari. ⁊ h̃ põt poni ꝛclo 46ª ꝙ ꝑtis nutritiue aĩe nõ est vtus. ꝑbaꝫ ꝑ hꝰ ꝙ in eius potestate nõ est opari ⁊ nõ opari. ¶ Dubitaꝫ h̃ circa dicta ꝑbi. ꝑmo ꝙ nõ vĩ ꝙ vtus mozalis faciat rectam intentionẽ de fine: qz vtus mozalis nõ est vtus cognitiua: sed intentio est actus virtutis cognitiue sicut ⁊ estimatio. ¶ Cõfirmaꝫ: qz vtus mozalis solũ facit appetere cũ sit in appetitu: sed nihil appetiꝫ nisi cognitũ: igiꝫ si vtus mozalis inclinet appetitũ ad appetendũ finẽ: opz ꝙ ꝑsupponat aliquã vtutẽ cognitiuã que cognoscat finẽ ⁊ ista erit prudẽtia. igiꝫ prudẽtia nõ est solũ eoꝝ que sunt ad finẽ: qz videꝫ prestituere finẽ appetitui. ¶ Dõm ꝙ qz finis hz rõnẽ ꝑncipy in agibilibꝰ ꝓm viaz speculationis: qñ ꝑmo speculamur finẽ: deide ingrimus media per que possumus attingere finẽ: ideo sicut in speculationibus sunt q̃daz ꝑnª cõia ꝙbus intellectus ĩmediate assentit vt de quolibet esse vel nõ esse: ⁊ quedã sunt ꝑncipia ſpãlia que ex ꝑmis ꝑncipys deducunt: ita in agibilibꝰ sunt qdã fines in quos volũtas ad ſimplicẽ apprehẽsionẽ itellectus speculatiui nãliter inclinat: vt ꝙ operandũ est ꝓm rectã rõnẽ: ⁊ ꝙ nulli nocendũ est sine cã. ⁊ aly sunt fines ſpãles deducti ex istis finibꝰ cõibus: sicut ꝙ fortiter est bellandũ ꝓpter bonũ cõe: ⁊ ꝙ cõcupiscentys est resistendũ. Fines cões ꝑstituunt ꝑ rõnẽ nãlẽ. ſ. per intellectũ speculatiuũ naturaliꝫ cognoscentẽ hꝰ fines cões: ſz qz fines ſpãles accipiunt vt qdã ꝛclones deducte ex ꝑmis finibꝰ nãliter volitis: iõ prudẽtia in materys ſpãlibus fines ſpãles appetitui determinat ⁊ prestituit: ⁊ ẽt inuenit media ad talẽ finẽ ꝛsequendũ ⁊ determinat appetitũ ad appetendũ hꝰ per que põt deueniri ad finẽ prestitutũ. ¶ Per hoc pz ad rõnẽ. ꝑmo cũ dz ꝙ virtus mozalis nõ est cognitiua cõcedo: ſz ex hoc nõ sequiꝫ ꝙ nõ causat intentionẽ vel estimationẽ de fine. nã aligs actꝰ appetitus est cã cognitionis ⁊ iudicij: ⁊ ẽt aliqñ iudiciũ ⁊ cognitio ꝑtis apprehẽsiue est cã desiderij appetitus. nã amoz ⁊ odiũ puertũt iudiciũ: ⁊ qualis est vnusq̃sq; ꝓm habitum mozalẽ talis finis sibi videꝫ. ¶ Et ad cõfirmationẽ dico ꝙ appetere finẽ presupponit cognitionẽ ⁊ ꝑstitutionez finis: ⁊ finis cõis in quẽ voluntas nãliꝫ inclinatur cognoscit ab itellectu speculatiuo ꝙ nãliter hꝰ fines cognoscit ⁊ prestituit. Sed fines ſpãles cognoscunt ab itellectu practico per habitũ prudẽtie vt dictũ est: ⁊ ita põt dici ꝙ prudẽtia nõ solũ est eoꝝ que sunt ad finẽ: sed est respectu finis specialis prestituens finẽ: ⁊ etiã dirigẽs oĩa que sunt ad finez respectu finis: sed vtus mozalis solũ est respectu finis specialis: sed nõ est coꝝ que sunt ad finẽ. respectu ꝛo finis generalis ⁊ cõis nõ est virtus mozalis sed solũ rõ nãlis.

¶ De eo vo qõ dictũ est nõ esse magis aptoꝝ ob prudẽtiã hoies ad honesta iustaqz agẽda: paulo altius inciplendũ est: hoc ꝑncipio sumpto. Nã vt ⁊ iusta agẽtes quosdã nõdũ iustos esse dicimꝰ: vt eos q̃ faciunt ea q̃ legibus sunt instituta inniti vel ob ignozationẽ vel ob aliqd aliõ ⁊ nõ ob ipsa: ⁊ si aũt ea q̃ opz ⁊ qõ virũ opz agere studiosuz: sic vt vz agere singula vnũquẽq; opz mõ quodã affectũ: vt sit hõ bonus ob electionẽ iquã ⁊ ipsoꝝ gr̃a que agunt. Electionẽ igiꝫ rectã efficit virtus. Sed ea que illiꝰ gr̃a sunt agẽda nõ sunt ipsius virtutis: ſz ad aliã potẽtiã spectãt. Dõm aũt de ipsis diluciditus est. Est igiꝫ quedã potẽtia: quã habilitatez vocant. Hec talis est vt ea possit agere atqz attingere q̃ ad suppositaz intentionẽ cõducũt. Si igiꝫ ꝓpositũ sit bonestũ: laudabilis est. sin ꝓbobũ: vtutia est. Quapp ⁊ ipsos prudẽtes habiles ⁊ versutos dicimꝰ esse. Ipsa vo prudẽtia nõ est qdẽ hec dicta potẽtia. Nõ tũ est sine ipsa. Habitus aũt iple huic oculo ꝑtinꝫ aĩe. Neqz absqz vtute sicut diximꝰ: atqz cõstat. Rõcinationes. n. agẽdaꝝ rex ꝑncipiũ hñt cũ talis sit ipse finis ⁊ ipsz optimũ qcqd tãdẽ sit illõ. Sit aũt vbi gr̃a qduis: hoc aũt nõ nisi bono viro vi. Prauitas. n. peruertit: facitqz vt circa principia rerũ agendarũ hõ fallaꝫ. Quare patet prudentẽ neminẽ esse posse nisi sit bonus.

¶ De eo aũt qõ est nihil esse magis operatiuos ꝓpter prudẽtiã bonoꝝ ⁊ iustoꝝ: parũ superius inciplendũ: sumentes principiũ hoc: quẽadmodũ enim iusta dicimꝰ opantes quosdã nequaq̃ iustos esse: puta a legibꝰ ordinata facientes vel nolentes vel ꝓpter ignozãtiã vel ꝓpter alteruz qdẽ ⁊ nõ ꝓpter ipsa: q̃ buis operant qdẽ q̃ opz ⁊ quecũq; opz studiosuz: sicut vĩ esse qualiꝫ bene opari singula velut sit bonꝰ. Dico aũt puta ꝓpter electionẽ ⁊ ipsoꝝ gr̃a operatoꝝ. Electionẽ qdẽ igiꝫ rectã facit ꝓtus: quecũq; autem illius gr̃a nata sunt fieri nõ sunt ꝓtutis: sed alterius potẽtie: dõm aũt sciẽtibus manifestius de ipsis: est vtiq; q̃dã potẽtia quã vocãt dinotitã: hec aũt est talis vt ad suppositã intentionẽ contendẽtia possit hec opari ⁊ sortiri ipsis. Siqdẽ igiꝫ intentio sit bona laudabilis est: si aũt prauia astutia: ꝓpter qõ ⁊ prudẽtes dinos ⁊ astutos dicimus esse. ¶ Est aũt prudẽtia nõ hec potentia: sed nõ sine potentia hac. Habitus aũt visui hic fit aĩe nõ sine ꝓtute vt dictũ est: ⁊ est manifestũ: simili enim opabilũ principiũ hñtes sunt: qz talis finis ⁊ optimus q̃liscũq; ens: sit enim sermonis gr̃a qõcũq; B aũt nisi bono non appetuertit enim malitia ⁊ mentiri facit circa practica principia: quare manifestũ: qm̃ ipole prudẽtem esse non entem bonum.

¶ Hec est sexta pticula scõe ptis:in qua poniť sexta ratio pbans q̃ pfecta felicitas est speculatio veritatis. z otinet hec pticula duas ptes. In ꝑma ponit rõnẽ. 6. z simul cum hoc ꝏcludit ꝏclonẽ pncipalẽ. In z^a ibi. Talis aũt. Postẽdit qualr vita speculatiua in q̃ ꝓsistit felicitas se hz ad hoies. In ꝑma pte itẽdit talẽ rõnẽ:felicitas pfecta ꝓsistit in operatione virtutis:vt supꝰ declaratũ est:z nõ cõsistit in opõne practica virtutis. Nõ enim ꝓsistit in aliqua operatione virtutũ moraliũ. igiť cõsistit in opõne speculatiua virtutis:z illa opatio est speculatio veritatis. igiť felicitas pfecta est speculatio veritatis. Oz aũt felicitas pfecta nõ cõsistat in operatione virtutis practice. pbať:qz pfecta felicitas ꝓsistit in qu rdã vacatione:ꝗz nulla opatio virtutis practice cõsistit in vacatione. igiť felicitas pfecta non ꝓsistit in aliqua opõne virtutis practice. Antecedẽs hui rõnis pbat ꝓbs pbando vtrãqz exponẽtẽ antecedẽtis. Primo enim pbat q̃ felicitas pfecta ꝓsistit in vacatiõe:z deinde q̃ nulla opõ virtutis practice ꝓsistit in vacatione. ¶ Ad cuius euidentiã est sciẽdũ q̃ vacare/vt hic sumiť/est idẽ qõ gescere sub fine vltimo. Dz enim aliqs vacare cũ puenerit ad finẽ vltimũ:ita q̃ non restat ei aliqd agẽdũ:z iõ subdit ꝓbs. d. q̃ [nõ vacamꝰ.] idest opando laboramꝰ.] vt vacemus.] idest gescamus in fine vltimo. vñ per nõ vacare intelligit laborare:z p vacare intelligit gescere in fine:vltra quẽ nõ restat aliqd agendũ. Et ex hoc apparet q̃ pfecta felicitas ꝓsistit in vacatione:qz exquo felicitas pfecta est finis vltimus hois:opz q̃ vltra felicitatẽ pfectã:nihil sit vltra querẽdũ:nec vlterius ꝓpter aliqd aliud laborãdũ:z ita felicitas cõsistit in vacatione:hoc est in quiete opposita oĩ opõni aut motui ordiato ad vlteriorẽ finẽ. Ille enim opõnes que sunt ad vlteriorẽ finẽ nõ ꝓsistunt in vacatione:qz non querunť pp se:sed pp vlteriorẽ finẽ. vbi gra. actus belladi nõ queriť pp se:ꝗz pp pacẽ optatã. Nos enim bellamus vt pacem ducamus:hoc est vt ad pacẽ optatã perueniamꝰ:z ita bellare non est pp bellare:ꝗz ꝓpter pacẽ:z felicitas pfecta nõ est pp seipsaz: iõ felicitas pfecta cõsistit in quadã vacatione:z sic pz vna pars añtis. [Practicaꝝ qdẽ igiť.] Et alia pars antecedentis declarať. s. q̃ nulla opatio virtutis practice ꝓsistit in vacatione. Et hoc pbať per hoc:qz pncipales opõnes virtutuz practicaꝝ sunt opõnes politice que sunt ordinate ad pcurandũ z augmẽtandũ bonũ cõe:qõ est diuinissimũ:z operationes bellice que ordinanť ab defendẽdũ bonũ publicuz ꝓtra hostes. Nũc aũt iste opõnes que sunt pncipalissime inter opõnes practicas nõ cõsistũt in vacatione. igitur a multo fortiori:nulla opatio virtutis practice cõsistit in vacatione. Oz aũt ꝑdicte opõnes nõ cõsistant in vacatione: pbať per hoc:qz nulla illaꝝ operationũ est finis vltimus: sed quelibet illaꝝ ordinať ad finẽ vltimũ:z solũ opatio q̃ est finis vltimus ꝓsistit in vacatione. Et q̃ nulla illaꝝ operationũ sit finis vltimus pz. nã opatio bellica non est finis vltimus. Nullus.n. eligit bellare gratia illius qõ est bellare:neqz eligit aliqs preparare bellũ vt cõgregare exercitũ gratia illius qõ est bellare. Si enim aliqs cõstitueret finem suũ in bellis gerendis sequereť q̃ esset violentus occisor: intãtũ etiã q̃ de amicis suis faceret expugnatores ad h q̃ posset pugnare z occidere:qõ nõ vĩ cõueniẽs. Et sic pz q̃ opõ bellica nõ cõsistit in vacatione:qz nõ est pp se sed pp aliũ finẽ. Idẽ pz in alys actionibꝰ politicis que ordinanť ad pcurandũ z augmẽtandũ bonũ cõe. s. q̃ hõ opõnes nõ cõsistũt in vacatione:qz p hõ opõnes preter ipsaz cõuersationẽ ciuilẽ intendit hõ acgrere aliqd aliud:puta potẽtatꝰ honores z filia:z ita hõ opõnes nõ cõsistunt in vacatione: cũ hõ opõnes nõ habeãt rõnẽ finis vltimi:z cũ in his non vt sit finis vltimus magis decens est q̃ p talẽ cõuersationẽ aliqs velit acgrere sibiipsi:z etiã ciuibꝰ felicitatẽ:ita q̃ hõ felicitas per quã itẽdit aliqs sibi acgrere vitã politicã: sit altera ab ipsa politica vita. Hoc aũt est felicitas speculatiua ad quã tota vita politica vĩ ordinata:vũ per pacem que p ordiationẽ vite politice statuiť z ꝓseruať. Dať hoibꝰ facultas cõtẽplandi veritatẽ. Cũ igiť inter oes opõnes virtutũ moraliũ excellant politice z bellice:tã pulchritudine: qz sunt magis honorabiles:q̃ etiam magnitudine:qz sunt gra boni cõis qõ est maximũ bonũ:sed hõ opõnes nõ hũt in seipsis vacationẽ:sed fiunt pp appetitum vltimi finis:z nõ sunt eligibiles ꝓpter seipsas:non erit in operationibus virtutum moralium perfecta felicitas:sed operatio intellectus speculatiui. s. ipsa speculatio veritatis videtur differre ab ipsis operationibus practicis sm rationez studij:

B quia homo vacat operationi speculatiue propter seipsam z nõ pp aliũ finẽ:z huiꝰ opõ speculatiua hz ꝓpriã delectationẽ ex ipsa ꝓcedẽtẽ que auget eã. Sic igiť ꝗz opõnẽ speculatiuã oia ie existũt hoi quecũqz solẽt attribui beato. s. q̃ sit p se sufficiẽs z q̃ vacet z q̃ non laboret:z hoc vico quãtũ est possibile hoi mortalẽ vitã agenti in qua vita nõ possunt huiꝰ pfecte existere:z sic in contẽplatione intellectus ꝓsistit pfecta felicitas dũmodo assit diuturnitas vite:que qdẽ regriť ad bene esse felicitatis ꝗz q̃ oportet nihil eorũ que ptinent ad felicitatẽ esse in perfectuz. ¶ Notanda sunt hic duo:primũ est q̃ vacatio de qua loquitur hic ꝓbs:est quedã reges:sed reges est duplex:quedaz est gratia opationũ. s. ad cõsequẽdũ finẽ:qz eni hõ nõ põt cõtinue operari:ideo indiget requie:vt melius possit postea operari:z de hac rege loqtur ꝓbs in primo caplo huius tractatus vbi dicit q̃ ipotẽtes ꝏtinue laborare indigẽt rege: z hec reges est ordinata ad opõnẽ:sicut ad finẽ primuz. Alia est requies q̃ est in fine ad quẽ ordinať opatio:z hec reges. s. in fine dicit h esse vacatio. ¶ Scõo est itelligẽdũ q̃ vacatio est duplex:quedã que est sollicitudo z intentio circa aliqd opandũ:z talis vacatio est cũ labore: z de tali vacatione logť ꝓbs in p° ca° huiꝰ tractatꝰ vbi dicit. q̃ aliq vacãt ludis iocosis:h ẽ itẽdũt iocosis talibꝰ:qõ nõ pt sine aliq̃ labore eẽ:z sic dz coiter q̃ ille q̃ apponit itẽtionẽ suã circa aliq̃ q̃ ipse talibꝰ vacat. i. talibꝰ intendit. Alia est vacatio:que cõsistit in quiete in fine vltimo vltra quã nõ restat aliqd agẽdum:z hec vacatio est sine labore z sine sollicitudine:z de hac vacatione loquitur h ꝓbs.

¶ Talis autẽ vita superat hois naturã. Non enim hoc ipso quo hõ est:ita viuet:ꝗz quo est qd in ipso diuinũ. C Quãtũ igiť hoc ab ipso cõposito differt:tãtũ z huius operatio distat ab ea:que a virtute alia pficiscitur. Oz si mens diuinũ ad ipsuz hominẽ est:z vita que ab hac manat diuina est respectu ipsius vite humane. Oportet autẽ nõ quemadmodũ monent qdã humana nos sapere cũ simus hoies:aut mortalia cũ simꝰ mortales: sed quoad fieri põt immortales nosipsos facere. Cunctaqz efficere:vt ea vita viuamus:que ab eo manat: quod est eoꝝ que in nobis insunt ꝑstabilissimũ. Nã tã etsi parũ est mole:vi tñ z ꝑcio multũ oibus antecellit. Videbiť aũt z vnusquisqz hoc esse si quidẽ precipuuz est z melius. Absurdũ igiť esset si nõ suã ꝗz alicuius alterius expeteret vitã. Id ĩsuper qõ dictũ est antea nũc etiam accõmodabitur. Quod est.n. natura vnicuiqz D propriũ id optimũ vnicuiqz z iucundissimũ est. Et homini igiť ea vita que ab ipsa pficiscit mẽte si qdẽ maxime hoc est homo. Hec ergo est z felicissima vita.

¶ Talis aũt melior erit vita ad humanã vitam. Nõ.n. quo hõ est ita viuet:ꝗz quo diuinũ qddã in ipso existit. Quantũ aũt differt h a cõposito tantũ z hec opõ ab illa que est ꝗz virtutẽ. Si itaqz diuinũ est intellectus ad hoiem z vita que est ꝗz illũ ad ꝗz hoiez vitã. ¶ Oz aũt nõ ꝗz suadentes humana sapere hoiez entem:neqz mortalia mortalẽ:ꝗz inquãtũ cõtingit immortalẽ facere: z diuina. facere ad viuere ꝗz optimũ eorũ que in ipo. Si enim z mole paruus est potẽtia z ꝑciositate multũ magis oibus z superexcellit. ¶ Videbiť aũt z vnũqõqz eẽ h:ꝗqdẽ pncipale melius. Incõueniẽs q̃ fiet vtiqz si nõ suiipꝰ vitã eligat: sed alicuius alterꝰ:qõ z dcm̃ prius nũc ꝓpriũ congruit z vnicuiqz nã optimũ z delectabilissimũ ẽ vnicuiqz: z hoi vtiqz q̃ ꝗz intellectũ vita: siquidẽ maxime h hõ. Iste ergo felicissimus.

¶ Hec est secũda pars huius particule:in qua ꝓbus ostendit qualiter vita speculatiua in qua cõsistit felicitas se habet ad hominem:z primo ostẽdit hoc. scõo excludit circa hoc vnũ errorẽ. ¶ Primo igitur ostẽdit q̃ vita speculatiua que vacat cõtẽplationi vitatis est melior q̃ vita que est sm hoiem:z hec est ꝏclo. 27. que pbať sic. Vita que est sm hoiem est vita qua hõ viuit sm q̃ est cõpositus ex diuersis vt ex corpore z itellectu z viribus sensitiuis:sed vita cõtẽplatiua qua hõ vacat cõtemplationi veritatis non est vita qua hõ viuit sm q̃ est cõpositꝰ ex diuersis vt ex corpore z aĩa:ꝗz est vita melior:ergo vita speculatiua qua hõ vacat ꝓtẽplationi veritatis est melior q̃ vita que est ꝗz hominẽ. Maior pz ga hõ sm q̃ hõ est cõpositus ex corpe z aĩa. igiť vita que est sm hoiem est vita qua hõ viuit sm q̃ est cõpositus ex corpe z aĩa. z minor pz q̃tũ ad vtrãqz sui ptẽ. Prima pars minoris. s. q̃ vita speculatiua qua hõ vacat cõtẽplationi veritatis nõ est vita qua hõ viuit ꝗz q̃ est cõpositus ex corpe z aĩa:quia illa vita qua hõ vacat cõtẽplationi est vita que cõpetit hoi:z est vita hois sm aliqd diuinũ in ipso. s. sm q̃ p intellectũ participat diuinã similitudinẽ:vnde quãtũ intellectus differt a cõposito ex aĩa z corpore tãtũ differt opatio speculatiua ab opatione que fit ꝗz virtutẽ moralẽ que est circa humana:z est ꝓpria hois sm q̃ est hõ:z ita pz ꝑma pars minoris. Et scõa ps minoris. s. q̃ vita speculatiua que ꝓsistit in cõtẽplatione veritatis est melior q̃ vita hois sm q̃ est compositus ex diuersis. s. ex corpe z aĩa:pz per hoc q̃ vita que est sm aliqd diuinũ in hoie est melior q̃ vita q̃ est cõpositi z mortalis ꝗz huiꝰ: sed illa vita speculatiua cõpetit homini sm aliqd diuinuz in eo. s. sm intellectũ qui est quoddã diuinũ:z vita hois ꝗz q̃ homo cõpetit sibi sm q̃ est cõpositus z mortalis:iõ z c̃. ¶ Intelligendũ est q̃ qz homo est compositꝰ ex corpore z anima habens naturã sensitiuaz z intellectiuam vita ꝓpria cõmensurata homini in hoc consistit q̃ homo sm rationẽ ordinet opationes sensitiuas z corpales:z ita operationes sm virtutes morales sunt operationes hominis ꝗz q̃ homo:opationes enim corporales z sensitiue que nõ sunt ordinate sm rationez sunt magis operatiões aĩales q̃ humane seu hois sm q̃ homo:sed operatio speculatiua vacans soli cõtẽplationi veritatis videť esse operatio substãtiarũ separatarũ in q̃bus inueniť sola natura intellectiua. [Oportet aũt non sm suadẽtes.] Excludit errorẽ quorundaz qui suadebãt q̃ homo debet intendere ad sapiendũz humana z mortalia:cum ipse homo mortalis sit:z non dz intẽdere ad sapiẽdũ immortalia z separata a materia:z hec fuit opinio Esiodi:vt patet ex prio metaphysice. Sz istud dictum Esiodi est falsum:sm q̃ declarat hic ꝓbs:cũ enim in hoie sit aliqd immortale. s. intellectus q̃ est optimus eorũ que sunt in hoie:debet homo intẽdere ad vitẽdũ sm vitã intellectus:qui quãuis nõ sit magnus mole. i. quãtitate: est tamẽ magnus ꝑciositate:nã quãtitate virtutis z ꝑciositate excedit oia que sunt in homine:vnde intellectꝰ in suis operationibus superioribus cõiungiť z inferioribus principatur:z ita intellectus videť eẽ totus homo. Unũquodqz enim maxime dicitur esse illud qõ est principalissimũ in eo vt dictũ est supra in. 9. huius:qz oia alia q̃si sunt instrumẽta illius:z sic dum homo viuit sm operationẽ intellectus viuit sm vitã maxime sibi ꝓpriã. [Videbitur aũt z vnũqõqz.] Et p hoc pbat ꝓbs q̃ hõ dz eligere viuere ꝗz opõ-

J 28ª cōcło huius decimi libri.

nē speculatiuā intellectus, ſ. ſpeculādo ⁊ ꝓtēplādo ſubſtantias ſeparatas a mā: ⁊ hec eſt ꝓcłō. 28. huius libri: que ꝓbatur ſic. Nō oꝫ eligere viuere ꝑm ꝓpriā opōnē ipſius hoīs: ſed opō ꝓpria hoīs eſt opō ſpeculatiua intellectus: qꝫ intellectus ſpeculaꝫ diuina ⁊ ſeparata a mā: igitur nō oꝫ eligere viuere ꝑm opōnē ſpeculatiuā intellectus. Maior videꝫ eē manifeſta ꝑ hoc q̃ inconueniēs vī eē q̃ aliqs eligat viuere nō ꝑm vitā ꝓpriā ſuiipſius ſed ꝑm vitā alterius. Et minor declaraꝫ ꝑ hoc q̃ vita ſpeculatiua que eſt ꝑm intellectū eſt ꝓpria homini: qō pz: qꝫ illud qō cēuenit alicui ꝑm optimū qō eſt in eo eſt maxīe ꝓpriū ſibi: ſed vita ſpeculatiua que eſt ꝑz intellectū cōpetit hoī ꝑz optimū qō eſt i eo, ſ. ꝑm intellectū vñ optimū in vnoquoq; vī ꝓpriū illius: ⁊ qꝫ vita ſpeculatiua que eſt in cōtēplatione diuinoꝝ ⁊ perfectiſſimoꝝ eſt ꝓpria hoī vt ꝓbatū eſt: ideo talis vita eſt homini delectabiliſſima: ꝓpria enī opō vniuſcuiuſq; eſt ſibi delectabiliſſima: ⁊ ſic patet q̃ vita ſpeculatiua que eſt ꝑm intellectū eſt homini ꝓpria ⁊ delectabiliſſima: ⁊ ꝑ ꝓſequēs viuēs ꝑz ītellectū eſt feliciſſimus. ¶ Dubitaꝫ hic: qꝫ ſuperius imediate dictū eſt q̃ vita ſpeculatiua que vacat cōtēplationi veritatis nō eſt vita ꝑz hominē ſed eſt melior q̃ vita que eſt ꝑm hoīem: ⁊ hic oꝫ q̃ vita ſpeculatiua que eſt in cōtēplatiōe veritatis eſt ꝑm hoīez ⁊ maxīe ꝓpria hoī: ⁊ iſta videnꝫ repugnare. Dicēdū q̃ aliqd pōt dici ꝓpriū hoī dupliciter: vno mō dicīt illō ꝓpriū hoī qō cōpetit ei rōne totius cōiuncti. ſ. ꝑz q̃ eſt hō cōpoſitus ex corpore ⁊ aia: ⁊ ſic loquīt ꝓphs in parte precedēte. Alio mō dicīt illud ꝓpriū hoī qō ꝓuenit hoī ꝑz illud qō eſt principaliſſimū ⁊ perfectiſſimū in hoīe: ⁊ iſto mō vita ſpeculatiua eſt ꝓpria hoī.

Solutio. Hoī ꝓpriū aliqd oꝫ dupliꝯ.

Queſtio. Rñſio.

L ¶ Et ſi q̃raꝫ que eſt ꝓpria opatio hoīs ꝑz q̃ hō. Rñdēdū eſt diſtinguēdo iſtā ex eo q̃ pōt fieri reduplicatio rōne totius cōpoſiti vel rōne forme p̃ncipaliſſime que eſt in hoīe. ſi fiat reduplicatio p̃° mō: ſic opōnes vtutuꝫ moralīū ſunt operationes hoīs ꝑm q̃ hō. ſi vo fiat reduplicatio rōne forme principalis: ſic eſt dicendum q̃ operatio contemplatiua eſt ꝓpria operatio hominis ꝑm q̃ homo.

Capitulum tertium

tractatus ſecūdi de felicitate politica que cōſiſtit in opōnibus ꝓudētie ⁊ moralīū virtutū ⁊ de opōne felicitatis ſpeculatiue ⁊ felicitatis politice ad iuicē. p̃ q̃ opationes vtutū moralīū ⁊ ꝓudētie ſunt cōpoſiti. ſ. hoīs ꝑm q̃ hō: ⁊ q̃ felicitas ſpeculatiua que eſt p̃ncipaliter ipſius intellectus eſt potior q̃ felicitas actiua: ⁊ in quo ꝓcipalius opō virtutū exiſtit: vtruꝫ in electione interiori vel opōne exteriori: ⁊ q̃ ꝑfecta felicitas eſt opō ſpeculatiua optimorū: ⁊ q̃ opus eſt felici ī quātū ipſe eſt hō bonis exteriorib⁹ ſine q̃bus nō pōt ſpeculari. ſ. bonis exteriorib⁹ multis ⁊ magnis nō indiget ſ. moderatis cū q̃bus pōt q̃s ita vtuoſe agere vt cū ſuperabūdātibus: ⁊ q̃ dicētes cū diuitys moderatis hoīez poſſe bñ agere ⁊ feliciter viuere: tūc ſunt credibiles cū ſermones eoꝝ nō diſſonāt a factis: poſtea q̃ ꝑz ītellectū viuens ⁊ deū curās eſt deo amātiſſimus. pp hoc q̃ intellectus eſt cognatiſſim⁹ deo: ⁊ q̃ deus rebeneficiat ⁊ diligit curātes ⁊ diligētes ſibi cognatū: ⁊ oia p̃dicta inſūt feliciꝫ ⁊ maxime inſunt ſapienti: vnde ⁊ ſapiens eſt feliciſſimus ⁊ deo amantiſſimus.

¶ Secūdo āt eſt ea vita que a vtute alia manat. Opōnes. n. q̃ ab hac ꝓdeūt bñane ſūt. Ālā iuſta ⁊ fortia ⁊c. que a virtutibus ꝑficiſcuntur inter noſipſos agimus in cōmertijs ⁊ neceſſitatibus atq; actibus cōib⁹: ⁊ itē affectibus vnicuiq; ſeruantes decorum. Hec aūt oia cōſtat eē humana. Nonnulla autē ⁊ a corpe ꝓuenire videnꝫ: ⁊ multū virtus morū cū affectibus iuncta eſt. Cōiūcta eſt etiā ⁊ ꝓudētia moris virtuti: ⁊ hec ꝓudētie: ſi principia q̃dē ꝓudētie a virtutibus ipſis emergant. Rectū vo moris virtutū a ꝓudētia manat: cū āt be ſeſe ſic habeāt vt a ſe mutuo pendeant: ſintq; cōiūcte affectibus circa ipſum compoſitum fuerint.

M

Caput 3ª cōcłi tra. 2. li. ethi. p° pa. c.

Secundo autē que ꝑm aliā virtutē. ꝑm ipſam enim opationes humane: iuſta ⁊ fortia ⁊ alia que ꝑz virtutes ad inuicē agimus in cōmutatiōibus ⁊ neceſſitatibus ⁊ actionibus oīmodis ⁊ in paſſionibus: q̃ decet vnicuiq; cōſeruātes. hec aūt eē videnꝫ oia humana. Quedā horū autē ⁊ accidere a corpore videꝫ ⁊ multum coapproprīari paſſionibus moris virtus. ¶ Cōiugata eſt enī ꝓudētia moris vtuti: ⁊ h̄ ꝓudentie. ſi q̃dē ꝓudentie q̃dē principia ꝑm morales ſunt virtutes. Rectū āt moralīū ꝑz ꝓudētiā. ¶ Copulate āt ⁊ he paſſionibus circa compoſitū vtiq; erunt.

O

Tertius ca. 2. tractatus in tres partes diu.

Iſtud tertiū capl'm ſecūdi tractat⁹ eſt de felicitate politica que cōſiſtit in opōne ꝓudētie: ⁊ continet tres partes p̃ncipales. In prīa oñdit q̃ oīs virtus moralis eſt circa bona humana: ⁊ q̃ ꝓudētia eſt circa bona humana: ⁊ q̃ tam virtus moralis q̃ ꝓudētia ſunt circa cōpoſitū ſen ipſius cōpoſiti. In ſecūda pte ibi [Cōpoſiti aūt.] oſtēdit q̃ felicitas ſpeculatiua eſt ꝑfectior q̃ felicitas practica. In 3ª pte ibi [Opus aūt erit.] oñdit ꝓphs q̃liter perfecte felix ſe hꝫ ad exterioza: ⁊ q̃tū ad inferioza: ⁊ ēt quātū ad ſupioza. In p° pte p̃ narrat q̃ opōnes virtutū moralīū ſūt opōnes humane: ⁊ q̃ ꝓudētia ē circa bona humana: ⁊ q̃ taꝫ ꝓudētia q̃ virtus moralis ſunt circa cōpoſitū ſine cōpoſiti. Prīo narrat q̃ eſt q̃dā felicitas ſecūdaria ꝑz aliā virtutē intellectuā. ſ. ꝑz ꝓudētiā q̃ dirigit oēs virtutes moraleſ: ⁊ q̃ ſicut felicitas ſpeculatiua attribuīt ſapiētie: que cōprehendit ſub ſe oēs alios habitus ſpeculatiuos tanq̃ p̃ncipalior inter habitus ſpeculatiuos: ita eſt q̃dā felicitas actiua circa vtutes morales q̃ attribuīt ꝓudētie q̃ eſt ꝑfectior quacūq; virtute moraliū. opōnes. n. virtutū moraliū ſunt opōnes humane: qꝫ ſunt circa res hūanas: opōnes quarūdā virtutū ſunt circa res exteriores que in vſuꝫ hoīuꝫ veniūt: vt opōnes iuſtitie ⁊ fortitudinis ⁊ aliarū virtutū ꝑz quas ad inuicē agimus in cōmutationibus ⁊ neceſſitatibus: ꝑz. n. iuſtitiā hoīes ſua bona ad inuicē cōmutāt: ⁊ ita iuſtitia eſt opō humana circa cōmutatiōes ⁊ diſtributiōes rerꝫ exteriorū: que in vſum hoīuꝫ veniūt. Quedā ēt vtutes ſunt circa neceſſitates hoīuꝫ ꝑ q̃s vnus hō ſubuenit alteri ī ſua neceſſitate: cuiuſmodi ſūt liberalitas magnanimitas ⁊c. Circa ēt oēs actiōes ⁊ paſſiōes ſunt virtutes morales ꝑ q̃s ꝓphaꝫ illō qō ꝓuenit vnicuiq; : hec aūt oia vīr eē humana. Quedā ēt vtutes morales videnꝫ ꝑtinere ad corpus ⁊ ad paſſiones aīe: multe enī virtutū moralīū ſunt circa paſſiōes aīe vt fortitudo tēperātia māſuetudo: ſicut eſt manifeſtū ex p̃cedētib⁹. Et p illa q̃ hic dicunꝫ intendit ꝓphs ꝓprie q̃ oīs virtus moralis eſt circa bona humana: ⁊ hec eſt ꝓcluſio. 29. quē ꝓbaꝫ ſic. Oīs virtus moralis vel eſt circa bona exteriora q̃ in vſuꝫ hoīum veniunt: vel circa bona humani corporis: vel circa paſſiones aīe. ⁊ oia iſta ſunt bona humana. igitur oīs virtus moralis eſt circa bona humana. [Cōiugata autē.] Probato q̃ oīs vtus moralis eſt circa bona humana oſtēdit q̃ ꝓudentia eſt circa bona humana: ⁊ hec eſt ꝓclo. 30. que ꝓbaꝫ ſic. Circa eadē ſunt ꝓudentia ⁊ moralis virtus: ſed oīs virtus moralis eſt circa bona humana. igitꝫ ꝓudētia eſt circa bona humana.

P

29ª cōcłi huius decimi libri.

30ª cōcłi huius decimi libri.

A minor huius rōnis pz ex p̃cedētibus ⁊ maior declaraꝫ sic: p̃ncipia ꝓudentie accipiunꝫ ꝑz virtutes morales: fines. n. virtutū moralium ſunt p̃ncipia ꝓudentie: virtus enī moralis ſtatuit certū finē quē finem ꝓudētia ſupponit tanq̃ p̃ncipiū ordinans media ꝑ q̃ ad talē finē recte poterit peuenire. ꝓudētia enī facit rectā electionē eorū que ſunt ad finē: vnde rectitudo moralīū virtutū accipiꝫ ꝑm ꝓudētiā que facit electionē rectā: vt dicit ꝓphs. 6. huius. Sic igitur patet q̃ ꝓudētia ⁊ virt⁹ moralis ſūt circa eadē: qꝫ p̃ncipia ꝓudētie ſunt fines moralīū vtutū: ⁊ circa ea que ſunt ad fines virtutū negociaꝫ ꝓudētia. [Copulate aūt he.] Uſo q̃ ꝓudētia ⁊ virtus moralis ſunt circa humana bona: concludit ꝓphs q̃ tam virtus moralis q̃ ꝓudentia ſunt circa cōpoſitū: ⁊ hec eſt ꝓclo. 31. que ꝓbaꝫ ſic. Uirtus moralis ⁊ ꝓudētia ſunt copulate paſſionibus: qꝫ ꝑm vtrāq; iſtarum moderanꝫ paſſiones: ſed paſſiones ſunt totius cōpoſiti ex anima ⁊ corpore cū pertineant ad partem ſenſitiuā: igitur tam virtus moralis q̃ ꝓudentia ſunt circa compoſitum.

1ª cōcło

B

¶ At cōpoſiti virtutes humane ſunt. Quare ⁊ ea vita que ab ipſis ꝑficiſcit ⁊ felicitas humana eſt. Mentis autem eſt ſeparata. Atq; tm̄ de ipſa ſit dictū. Exacte nāq; dicere propoſito maius eſt.

2ª pa. c.

¶ Cōpoſiti aūt virtutes humane ⁊ vita vtiq; que ꝑm has felicitas. que autem intellectus ſeparata. tm̄ enim de ipſa dictuꝫ eſt certius: dicere enim maius propoſito eſt.

C

¶ Hec eſt ſcōa pars principalis huius capl'i in q̃ ꝓphs probat q̃ felicitas ſpeculatiua ē ꝑfectior q̃ felicitas, practica ⁊ cōtinet. 5. particulas. In prima cōcludit ex predictis q̃ felicitas que eſt ꝑm ꝓudentiā ⁊ virtutes morales ſunt compoſiti. deinde ꝓbat q̃ quatuor rōnes que in quatuor particulis ꝓtinent q̃ felicitas ſpeculatiua eſt potior q̃ felicitas practica. in prima igitꝫ ꝓticula ꝓbat q̃ felicitas que eſt ꝑz ꝓudentiā ⁊ ꝑz vtutes morales eſt cōpoſiti. ſ. hominis ꝑm q̃ eſt cōpoſitus ex corpore ⁊ aīa. ⁊ nō eſt alicuis ſeparati: ⁊ hec eſt ꝓcluſio. 32. que ꝓbaꝫ per hoc q̃ vtus ⁊ operatio ꝑm virtutē ſunt eiuſdē ⁊ circa idez: ſed vita bona ſeu felicitas ꝑm ꝓudētiā ⁊ virtutes morales eſt operatio earuꝫ. igitꝫ ſi ꝓudentia ⁊ virtus moralis ſint cōpoſiti oportet q̃ vita ⁊ felicitas ꝑm has ſint cōpoſiti: vnde vita que eſt ꝑm ꝓudētiā ⁊ virtutē moralē eſt ꝓprie vita humana: ⁊ felicitas ſpeculatiua que eſt ꝓpria intellectus / eſt ſeparata ⁊ diuina: nec ſpectat ad ꝓpoſiti pl's de ītellectu dicere. ¶ Deinde ꝓbat q̃ felicitas ſpeculatiua ē ꝑfectior ⁊ potior q̃ felicitas actiua que eſt ꝑm ꝓudētiā ⁊ morales virtutes: ⁊ hec eſt cōcluſio. 33. h° libri quā quadrupliciter ꝓbat. Secūda rō ibi [Uidebitur aūt vtiq;.] Tertia ibi [Perfecta aūt felicitas.] Quarta ibi [Signū aūt nō.] In prima igitꝫ particula ꝓbaꝫ ꝓcluſio ſic. Illud qō eſt ſepati ⁊ diuini eſt ꝑfectius ⁊ potius q̃ illud qō eſt cōpoſiti ꝑm q̃ eſt cōpoſituꝫ. Sed felicitas ſpeculatiua eſt ſeparati ⁊ diuini. ſ. ipſius intellectus ſpeculatiui qui ſolus inter humana eſt ſeparatus ꝑm operationē ⁊ ſeparabilis a corpore ꝑm eſſe: ⁊ ꝑ intellectū aſſimilamur deo ⁊ dīis: ⁊ felicitas actiua q̃ eſt ꝑz ꝓudētiā ⁊ vtutes morales ē ipſi⁹ cōpoſiti. ſ. hoīs ꝑz q̃ hō vt ꝓbatuꝫ eſt. igitꝫ felicitas ſpeculatiua eſt potior q̃ actiua.

32ª cōcło huius decimi libri.

33ª cōcło huius decimi libri.

D

¶ Uidebitꝫ aūt ⁊ externa affluentia per parū aut mīn⁹ indigere q̃ moralis. Opus eſt enī vtriſq; neceſſarijs rebus. Atq; ſit eque: q̃ q̃ circa corpus ⁊ res tales ciuilis hō magis elaborat: parua. n. dīia fuerit. In opōnibus aūt nō mediocriter different. Eteniz liberali q̃dem ad liberalitatis operationes exercendas: ⁊ iuſto ad retributiones peccunijs opus erit.

E

¶ Uidebitꝫ aūt vtiq; ⁊ exteriori largitiōe ī parū vl' min⁹ indigere q̃ moralis: neceſſarijs q̃dē. n. ambob⁹ opus ex eq̃li fit: ⁊ ſi magis laborat circa corp⁹ politicus ⁊ q̃cūq; talia. Parū vtiq; q̃dē differt: ad opōes aūt multū differt. liberali q̃dem enim opus erit pecunijs ad agere liberalia: ⁊ iuſto vtiq; ad redditiones.

¶ Hec eſt ſecunda particula prime partis continens duas partes. In prima ponitur rō. In ſecunda ibi [Uoluntates aūt.] remouet dubiū. Primo igitꝫ ponitur rō ſecūda que talis eſt. Illa opatio que minus idiget bonis exteriorib⁹ eſt ꝑfectior ⁊ potior q̃ illa que magis indiget eis: ſed felicitas ſpeculatiua eſt operatio que minus indiget bonis exteriorib⁹ q̃ felicitas actiua: igitꝫ felicitas ſpeculatiua eſt perfectior ⁊ melior q̃ felicitas actiua. Maior videtur eſſe manifeſta: qꝫ opatio que minus indiget bonis exteriorib⁹ eſt magis de ſe ſufficiēs: q̃ illa que magis īdiget ⁊ ꝑ ꝓſequēs eſt ꝑfectior ⁊ potior. Et minor declaraꝫ in littera declarādo q̃ felix ſpeculatiuus minus indiget bonis exteriorib⁹ q̃ felix felicitate ꝓactica: certū eſt enī q̃ vterq; taꝫ felix ſpeculatiuus q̃ felix ꝓacticus indiget bonis exterriorib⁹ requiſitis ad neceſſaria vite: vterq; enī indiget cibo ⁊ potu ⁊ ſic de ſimilibus: vterq; nāq; indiget exterioribus largitione. i. vterq; īdiget q̃ largianꝫ ei exterioza bona: nec eſt aliq̃ differentia aut parua quantū ad h̄: q̃uis circa corpus politicus magis laboret q̃ ſpeculatiu⁹: exteriores enīz actiones agunꝫ per corpus: nec q̃tū ad hoc eſt differētia q̃n vterq; indigeat eq̃liter neceſſarijs: ſz q̃tuz ad opōnes vtutū magna eſt dīia: vtuoſus enī ⁊ felix ꝓactic⁹ multis indiget ad ſuas opationes q̃bus nō indiget ſpeculatiu⁹ felix: nā liberalis indiget pecunijs ad agēdū liberaliter. ſ. ad dandū q̃bus opz ⁊ q̃ opz: ⁊ ſic de alijs circumſtantijs: ⁊ iuſtus ꝑm iuſtitiā diſtributiuā indiget pecunijs ad diſtribuēdum ꝑm dignitatez ⁊ ꝑm q̃ eſt iuſtum: ſed felix felicitare ſpeculatiua ꝑm q̃ talis nō īdiget huiꝫ bonis ad dandū aut alijs diſtribuēdū ſed ſolū indiget nēcijs vite.

F

¶ Uoluntates. n. non ſunt manifeſte. Simulant aūt ⁊ q̃ non ſunt iuſti agere iuſte velle. Forti autez opus eſt potentia: ſi agit aliq̃d eoꝝ que a virtute ꝑficiſcunꝫ: ⁊ ꝓtāte ēt temperāti. Quo nāq; mō aut hic aut ceterorum q̃ſq̃ manifeſtus erit. Queriꝫ aūt vtrū magis ꝓprium ſit virtutis electio: an ipſi actus: quippe cum in vtriſq; virtus conſiſtat. Atq; conſtat in vtriſq; perfectū ipm̄ cōſiſtere. Ad actus aūt multis indiget: ⁊ quo maiores pulchriores q̃z ſunt eo plurib⁹ indiget. At cōtemplanti nullis huiuſcemodi reb⁹ ad operationē eſt op⁹. Quin ⁊ ꝑedimēto fere ſunt ad cōtēplationē. Sz hoc ipſo quo hō eſt atq; cum pluribus viuit expetit ea agere que a virtute ꝑficiſcuntur. Indigebit igitur talibus ad ea agenda que ad hoīem ſpectant.

G

¶ Uolūtates enī i manifeſte. ſimulāt. n. ⁊ nō iuſti iuſte agere velle. Forti autē potentia ſiq̃dē ꝑficit aliq̃d eoꝝ que ꝑz vtutē ⁊ tēperato ꝓtāte: q̃liter. n. manifeſt⁹ erit vel iuſt⁹ vel alioꝝ aliq̃s.

¶ Queritur autē q̃d eſt principalius in virtute vtruz electio vel actiones: vtpote in ambabus exiſtente virtute. perfectum vtiq; manifeſtum qō in ambabus vtiq; erit: ad actiones

aūt multis op⁹ est: ⁊ quāto vtlq3 maiores sunt
⁊ meliores pluribus. speculanti aūt a nullo ta-
lium ad operationē necessitas. sed vt cōuenit di
cere ⁊ impedimenta sunt ad speculationē: �means
aūt ꝙ homo est ⁊ pluribus conuiuit eligit ꝑm
virtutem agere opus. indigebit igitur talibus
ad humaniter conuersari.

¶ Dec est z.ª ps scōe ptīcule scōe ptis in qua remouet du-
bium tale: ōpatio vtutis cōsistit in velle: operatio enim li-
beralis est velle dare quibus op3 ⁊ qñ ⁊c. ⁊ opatio iusti est
velle reddere vnicuiq3 ꝑm ꝙ est dignū. Sed iste opatio-
nes. s. velle dare velle reddere nō indigent bonis exterio-
ribus: vt pecunys. igitur non videtur ꝙ prudēs ⁊ virtuo-
sus indigeant pecunys ⁊ alys bonis exteriozib⁹ nisi quātū
ad necessaria vite. Istud remouet ꝓbs. o. ꝙ volūtates ho
minū nō sunt manifeste sine opationib⁹ exteriozib⁹: multi
enim non sunt iusti qui simulāt se velle iuste agē: ⁊ sim ilr
multi simulant se velle fortiter agere aggrediendo terribi
lia propter bonum cōmunitatis qui tñ nō sunt fortes: sed
ad hoc ꝙ sit manifestū de aliquo an sit fortis aut virtuo-
sus oportet ꝙ agat aliquod opus exterius. ad hoc enim ꝙ
sit manifestus de aliquo ꝙ est fortis op3 ꝙ exerceat exte-
rius aliqō opus fortitudinis. Sil'r ad hoc ꝙ sit manifestū
de aliquo ꝙ sit temperatus op3 ꝙ hēat potestatez vtendi
delectationibus circa quas est temperantia: ⁊ sic de alys.
¶ Querit aūt. ¶ Et qr ad hoc ꝙ sit manifestū ō aliquo ꝙ sit
vtuosus requirit operatio exterior circa materiaz vtutis.
potest esse dubium quid est ꝓncipalius in virtute mozali
vtrum electio interior vel opationes exteriores: cū vtraq3
requiratur ad virtutem: ⁊ q̄uis electio sit principalior vt
prius dictū est: tamen manifestuz est ꝙ ad oīmodaz per-
fectionem virtutis mozalis requirit nō solum electio inte
rior: sed etiam operatio exterior: ⁊ ad actiones exteriores
virtutuz opus est homini ꝙ hēat multa: ⁊ tāto plura quā-
to actiones eius sunt maiores ⁊ meliores: sed ille q vacat
speculationi veritatis nullo talium indiget ad suam opa-
tionem: imo bona exterioza impediunt hominem a specu
latione propter sollicitudinē circa ea ⁊ distractionē animi
hominis ne possit totaliter speculationi vacare. Si autem
hō speculatiuus indigeat reb⁹ exteriozibus: ꝑ erit vel quā-
tū ad necessaria vite vel inquātū cōuiuit cū multis hoīb⁹
quos interdū oportet iuuare: ⁊ inquantū homo cōtempla-
tiuus eligit viuere ꝑm virtutez mozalē: ⁊ sic indigebit ne-
cessarys ad hūaniter conuersari: nō aūt inquantū specula-
tiuus est. ¶ Hic dubitari pōt: vtrū virtus mozalis possit Dubium.
acquiri sine operationibus exteriozibus. Et videtur ꝙ sic:
quia electio interior est principalis ⁊ pcipua operatio vir-
tutis: sed ex opatiōibus ꝓncipalibus frequēter elicitis pōt
gñari habit⁹ inclinans ad ꝓssimiles opatiōes: vnde ex fre-
quēter velle dare qbus op3: ⁊ qñ op3: ⁊ sic de alys circun-
stantys: pōt generari hītus inclinās ad faciliter volenduz
dare quibus op3 ⁊c. ⁊ talis hītus est virtus: qr inclinat ad
opationes virtuosas. Item ad gñationē virtutis nō requi
runt ea ex qbus multiplicatis nō magis nec citius genera
tur virtus aut augeat. qō p3: qr multiplicata causa gñatiōis
vel augmētatiōis cit⁹ ⁊ magis sequet gnō ⁊ augmētatio.
s3 multiplicatis opōnibus exteriozib⁹ nō magis nec citius
gñat virtus aut augmentat. igit opationes exteriores nō
requiruntt ad gñationē aut augmētationē vtutis. Minor
probat per philosophuz 4.º huius. qui dicit ꝙ liberalitas
nō cōsistit in multitudine datoꝝ: dicit enī sic. ¶ Nō in mul
titudine datoꝝ illud qō liberale: sed in dantis habitu. ¶. i.
in voluntate dantis. igit propter multiplicitatē operatio-
num exteriozū nō citius generatur nec augeē liberalitas.
Confirmat: qr ita liberalis potest eē paup sicut diues: qō
nō cōtingeret si ad liberalitatē requireret operatio exte-
rior. Itē aliqua est virtutis mozalis que nō indiget opera-
tione exteriozi: vt apparet de mā suetudine que nō videt
indigere aliqua opatione exteriozi: ⁊ credo ꝙ ita sit de ali
quibus virtutibus mozalibus: que ad sui gñationē vel au-
gmētationē nō regrūt aliquā opōnem exteriozē: maxime
tñ inter vtutes mozales vz fortitudo indigē opōnibus ex-
teriozibus: nec intēdit ꝓbs ꝑ dicē ꝙ ad vtutē mozalē req-
ritur opō exterior: sed ꝙ ad manifestationē vtutis mozā-
lis regrit opō exterior. credo tñ ꝙ melius ⁊ pfectius pōt
virtus mozalis acqri p opōnes interiores ⁊ exteriores q̄ꝝ
p opōnes iteriores tñ. ista sunt dicta tñ mō dubitative.

¶ Atq3 felicitatē pfectā cōtēplatiuā quādā opationē
eē hic quoq3 fuerit māifestū. deos. n. maxie beatos eē
putamus atq3 felices. At quos nā actus tribuere illis
oportet: iustos ne. An ridiculi videbunt: si commutēt
⁊ deposita reddant: ⁊ hmōi cetera agāt. At fortes ne
ꝓpterea ꝙ formidolosas res sustinēt piculaq3 subeūt
honestatis ipsius cā. At liberalis. At cui cā dabunt.
Absurduz est insup si numos etiā habeāt aut aliquod
tale. At tēperantes. At qdnā fuerint. An laus est im-
portuna: si prauas dūs cupiditates non hze dicantur.
Ita p oīa discurrenti cuncta que sunt circa actus par-
ua quedam ⁊ nō digna dūs imoztalibus sane vident.
At vō viuere ipsos vniuersi putant. Quare ⁊ operari.
Nō enīz oportet illos vt Endymionē aiunt dormire.
Aiuenti igit ei cui actio: ⁊ moltomagis effectio nō tri
buit: qdnā aliud preter contēplationē restat. Quare
dei operatio precellēs beatitudine contēplatiua sine
controuersia fuerit. Et humanarum igit operationū
ea hō est summe felix que illi maxime est cognata.

¶ Perfecta autē felicitas qñ speculatiua q̄daz
est opō ⁊ hinc vtiq3 appebit. deos eni maxime
suspicati sum⁹ beatos ⁊ felices esse: actiōes aūt
q̄les attribuē debite ipsis. vtrum iustas: vl'ridi
culi appebūt: cōmutatiōes ⁊ depōnes dantes
⁊ quecūq3 alia talia. Sz fortes sustinentes ter-
ribilia ⁊ piclitātes quoniā bonū: vel liberales:
cui aūt dabunt incōueniens autez ⁊ si erit ipsis
numisma vel aliquid tale. Si aūt tēperati qui-
dem vtiq3 erunt vel onerosa laus quoniam nō
habent prauas cōcupiscētias: pertranseūtibus
aūt omnia apparebūt vtiq3 que circa actiones
praua ⁊ idigna deis. ¶ Sz tñ ⁊ viuē oēs suspi
cati sunt ipsos ⁊ opari ergo nō op3 eni dormire
quēadmodū endimiona viuēti vtiq3 ab agē ab-
lato. adhuc aūt magis a facere qd reliquit pter
speculationem. Quare dei opatio beatitudine
differens: speculatiua vtiq3 erit ⁊ humanaruz
vtiq3 que huic cognatissima felicissima.

¶ Dec est tertia pricula scōe partis in qua ponit tertia rō
pbans cōclusionē que talis est. Illa opatio quā deo ⁊ sub-
stantys separatis attribuim⁹ est pfectior ⁊ potior q̄ꝝ illa quā
a deo ⁊ substātys separatis remouemus: sed felicitatē specu
latiuā vt cōtemplari veritatē attribuimus deo ⁊ substan-
tys separatis

tys separatis: ⁊ felicitatez practicā que est ꝑm prudentiaz ⁊
virtutes mozales remouemus a deo. igit felicitas specula
tiua est pfectior ⁊ potior q̄ꝝ felicitas practica. Maior est
manifesta: qr pfectioribus pfectioza attribuim⁹ ⁊ ipfecta
ab eisdez remouemus: ⁊ minor huius rōnis declaratur in
littera: nam dys. i. substātys separatis attribuimus felici-
tatem speculatiuā ⁊ nō attribuimus eis felicitatē practicā
que est ꝑm opationem prudentie ⁊ virtutū mozalium: nō
enīz possumus substātys separatis attribuere opationes iu-
stitie que est virtus mozalis vt facientes cōmutatiōes: vel
sua bona apud aliquos deponētes: qui enim huiūmodi opatio-
nes speculamur veritatē: sed aliquo modo cōicant opera-
tionibus virtutū mozalium. igitur felicitas speculatiua est
pfectior ⁊ potior q̄ꝝ felicitas practica. vñ ga dy ꝑ est sub-
stantie separate hūt vitaz intellectualē tñ: tota vita eorum
est bona: ⁊ boies intantū sunt boni ⁊ felices inquātū in eis
existit q̄dā similitudo opationis speculatiue: ⁊ nullū alio-
rū aialiū est felix: qr in nullo cōicant speculatiōe. Et sic pz ꝙ
in speculatione veritatis cōsistit perfectissima felicitas: qr
quantū se extendit speculatio tantū se extendit felicitas: ⁊
qb⁹ magis cōpetit speculatio eis magis cōpetit eē felices:
nō ꝑm accidēs sed ꝑm speculationē. Unde sequit ꝙ pfe-
ctissima felicitas est speculatio: ⁊ per cōsequēs felicitas spe
culatiua est potior q̄ꝝ felicitas actiua.

¶ Est aūt opus huic ⁊ pſperitate externa: cū sit homo.
Natura nāq3 ipsa nō est ad cōtemplandū sufficiens: s3
⁊ corpus sanū esse op3: ⁊ alimenta reliquū q̄ꝝ famulatū
adesse. Nō tñ putanduz est multis ac magnis ei opus
fore q futurus est felix: si fieri nō pōt vt sit beatus sine
bonis externis. Neq3 eniz sufficiētia neq3 iudiciū neq3
actus in exuperatione cōsistit. Sed fieri pōt vt ⁊ non
principes terre ac maris agant honesta. Eteniz a me-
diocribus felicitatib⁹ pōt qspiaz agere per virtutem.
Atq3 id clare cernere licet. Priuati nāq3 nō min⁹ age-
re vident res bonas q̄ꝝ qui sunt in potestatibus cōsti-
tuti: imo etiā magis. Satis aūt est tot facultates hēre.
Erit eniz eius vita felix q per ipsam operat virtutem.
Solon ēt bene fortasse de felicibus sensit: qui qdē eos
esse felices dixit: qui mediocriter res habuerūt exter-
nas ⁊ pulcherrimas res vt putabat egere: modesteq3
vixere. Fieri eniz pōt vt mediocria possidētes agant
ea que agere op3. Videt aūt ⁊ Anaxagoras nō locu-
pletē neq3 potentē felicē ipsuz existimasse: cū dixisset
se nō mirari si absurdus qdā multitudini videat. Dec
eniz sentiens res soluz externas his iudicare tantūmō
solet. Cōsentanee igit nostris sententiis ⁊ sapientū opi
niones sunt. At eniz habēt qdē ⁊ talia quādaz fidem.
Veritas tñ in ijs que in actionē veniunt ex operibus
iudicat ⁊ vita. In his. n. precipue certitudo veritatis
cōsistit. Considerare. n. op3 ea que antea dicta sunt ad
opera referentes ⁊ vitā. Et si cōsona sunt operib⁹ ac-
cipiēda sūt. Sin vō discrepāt: verba sunt tñ putāda.

¶ Opus erit aūt ⁊ exteriori pſperitate hoī enti: 3.ª ps ca.
nō enīz per se sufficiens natura ad speculari: sed
op3 ⁊ corpus sanū esse ⁊ cibū ⁊ reliquū famu-
latū existere. ¶ Non tñ existimandū multis ⁊
magnis indigere futurū felicē si nō cōtingit sine
exterioribus bonis beatum esse: nō enim in sup-
abundantia in se sufficiētia neq3 iudiciuz neq3

actio: possibile aũt ⁊ nõ principes terre ⁊ maris agere bona eteniz a moderatis poterit vtiqz aliquis agere ꝑm virtutẽ. Hoc aũt est videre manifeste: idiote eniz potentibus nõ minus vũr studiosa agere: sed ⁊ magis: sufficiens autez tanta existere: erit eniz vita felix ꝑm virtutẽ operãtis.

¶ Et Solon ãt felices fore enũtiauit bñ dicẽs moderate his que extra ditatos: agentes autem optima existimabit: ⁊ viuentes tẽperate: cõtingit enim moderata possidentes agere que opz.

¶ Videt aũt ⁊ anaxagoras nõ diuitẽ neqz potentẽ existimare felicẽ dicẽs: qm̃ nõ vtiqz admirat̃ siqdẽ incõueniens appareat multis. Isti.n. iudicãt his que extra: hec sentiẽtes solũ.

¶ Cõsonare vtiqz rõnibus videnẽ sapientuz opiniones: eisdem qdẽ igit̃ ⁊ alia habent q̃daz: verum aũt in operabilibus ex operibus ⁊ vita iudicat: in his eniz dominãs: intẽdere aũt predicta opz ad opa ⁊ vitã inferentes: ⁊ cõsonãtibus qdem operibus acceptandum: dissonantibus autem sermones suspicandum.

¶ Hec est 3ª pars ꝓncipalis huius capl'i: in qua ꝓbs oñdit qual'r perfecte felix se hz ad exterioza. ⁊ cõtinet duas particulas. In ꝑma ostẽdit qũo felix felicitate speculatiua se hz ad iferioza vt ad diuitias ⁊ terrena. In 2ª particula ibi [Scõm intellectũ aũt operans.] Jostẽdit qũo felix se hz ad supioza. ſ. ad ipsuz deũ. In ꝑma igit̃ ꝓticula ꝑmo narrat q̃ felix cũ sit bõ opus hz exterioꝛi ꝓsperitate. Natura enim humana nõ est per se sufficiens ad speculãdũ ꝓpter cõditionẽ corꝓris qõ ad sui sustentationez indiget rebus. Ad hoc eniz q̃ bõ ꝓfecte speculet̃ opus est ꝑmo hãe corꝓus sanuz: qz per infirmitatẽ debilitant̃ vires sensitiue ꝓbus bõ vtit̃ in speculando: indiget etiã bõ cibo ad nutritionẽ corꝓoris ⁊ reliquo famulatu. ſ. vt ministrent̃ sibi oia alia que sunt necessaria ad vitã humanã. [Nõ tñ existimandum.] Sed q̃uis felix indigeat exterioꝛib⁹ bonis necessarys ad vitã humanã: nõ tñ existimãdũ est q̃ ad hoc q̃ aliqs fiat felix q̃ indigeat magnis ⁊ multis diuitys. nã p se sufficiẽtia que requirit̃ ad felicitatẽ nõ cõsistit in supabundantia diuitiaꝛ: neqz eniz rectũ iudiciũ neqz actio vtuosa cõsistit in supabundãtia diuitiaꝛ. Põt eniz esse rectitudo iudicij tam rõnis speculatiue q̃ rõnis practice: ⁊ etiã actio vtuosa absqz supabundãtia diuitiaꝛ: ⁊ illud ꝑbat ꝓbs. ſ. q̃ supabundãtia bonoꝛ exterioꝛ nõ regrit̃ ad felicitatẽ speculatiuã: ⁊ hec est ꝓclo 34ª que ꝑbat dupl'r. Primo per rõnẽ. 2º per testimoniũ antiquoꝛ. Prio sic. Plura regruntur ad opõnẽ vtutis moralis q̃ ad felicitatẽ speculatiuã vt visuz est supra: sz ad actionẽ vtutis moralis nõ requirit̃ supabũdantia bonoꝛ exterioꝛ. igit̃ ad felicitatẽ speculatiuã non requirit̃ supabundantia bonoꝛ exterioꝛ: ⁊ qz maior hui⁹ rõnis est ꝑus declarata: iõ ꝓbs solũ declarat minorẽ. d. q̃ possibile est q̃ illi qui nõ sunt ꝓncipes terre ⁊ maris agant opationes vtuosas. Si enim aliqs habeat bona exterioza mediocriter põt opari ꝑm vtutẽ: qõ ꝓz experimento: nam idiote. i. mediocres seu populares videnẽ agere vtuosa nõ minus q̃ potentes seu magni: potentes eniz ⁊ diuites ipediunt̃ a multis actibus virtuosis: tum ꝓp nimias occupationes ⁊ sollicitudines circa diuitias: tuz ꝓp superbiã quaz superabundantia diuitiaꝛ generat: sufficit aũt ad felicitatez q̃ hõ tantũ habeat de exterioꝛib⁹ bonis q̃ possit vtuosa opari. [Et Solon.] Scõo ꝑbat ꝓclo ꝓdicta ꝑ dicta sapiẽtũ. ſ. per dicta Solonis ⁊ Anaxagore: ⁊ ꝑmo ponit corꝓ dicta. 2º ostendit q̃ in ꝓposito est eis credendũ. Prio igit̃ ponit dictũ Solonis q̃ enũtiauit illos felices q̃ moderate sunt ditati quãtũ ad bona exterioza: tales eniz maxie inuenium̃t̃ agentes opa virtuosa ⁊ tẽperate viuẽtes: cõtingit.n. moderata possidẽtes agere q̃ opz. [Videt aũt ⁊ Anaxa.] Inducit ad idẽ dictũ Anaxa. qui dixit q̃ neqz diues neqz potens põt esse felix. Nec mirabat̃ si hoc videat̃ incõueniens multis: qz multitudo hoiuz iudicant bona sola exterioza: qz nõ cognoscunt alia: ⁊ iõ solos abundãtes in bonis exterioꝛibus iudicant esse felices. ¶ Intelligendũ q̃ moderate ditati melius possunt opari ea que opz ⁊ speculari veritatẽ q̃ valde diuites vel pauperes possunt. Diuites.n. ipediunt̃ ab operibus vtuosis ꝓpter nimiã sollicitudinez circa diuitias ⁊ ꝓpter elationẽ quã hñt ex multitudine diuitiaꝛ: pauperes etiã ipediunt̃ ab opibus virtuosis ꝓpter nimiã sollicitudinẽ quã hñt circa victũ querendũ: sed nullo istoꝛ modoꝛ impediunt̃ qui possident diuitias moderatas. [Cõsonare vtiqz.] Dictis istoꝛ sapientũ est credendus pro eo q̃ sermones eoꝛ nõ dissonant suis factis: tunc eniz sunt sermones credibiles qm̃ cõsonant operib⁹ dicentiuz. Nunc aũt isti sapiẽtes. ſ. Solon ⁊ Anaxag. sic vixerũt sicut docuerunt: qz moderatas diuitias querebant: ⁊ non querebant supabũdantiã diuitiaꝛ: ⁊ ꝓpter hoc est eis credendũ: qm̃ in mozalibus magis iudicat̃ vex ex operibus ⁊ a modo viuẽdi alicuius q̃ ex rõne: qz dominans. i. illud qõ est ꝓncipale circa opabilis cõsistit in his. ſ. operib⁹ ⁊ in mõ viuendi. Si vo opera dissonant sermonibus suspicandum est q̃ sint soli sermones veritatem nõ habentes. Si eniz aliquis dicat q̃ diuitie nõ sunt bone: ⁊ tamen querat eas: nõ est ei fides adhibenda.

¶ At vo q̃ mente operat̃ ⁊ eã colit disponit̃ optime: is ⁊ amicissimus dijs imortalibus est. Nã si dij curã humanaꝛ rez vt existimat̃ aliquã hñt: rõni sane cõsentaneũ fuerit ipsos eo gaudere qõ est optimũ maximeqz sibi cognatũ: hoc aũt fuerit ipsa mens: ⁊ in eos q̃ maxime hoc amant atqz bonozant beneficia vicissim ꝓferre tanq̃ curã ijs que sibi sunt cara: ac diligentiã adhibentes ⁊ recte beneqz agentes. At cõstat hec oia maxime sapienti inesse. Amicissimus igit̃ sapiens ipse dijs imortalibus est. Eundẽ aũt cõueniẽs est ⁊ felicissimũ esse. Quare sapiens hoc quoqz mõ maxie fuerit felix.

¶ Scõm intellectũ aũt operans ⁊ hũc curãs: ⁊ dispositus optime ⁊ dei amantissimus videtur esse. Si eni quedã cura humanoꝛ dijs fit: quẽadmodum videtur: erit vtiqz gaudere rõnabile ipsos optimo ⁊ cognatissimo: hoc ãt vtiqz erit intellectus: ⁊ diligentes maxie hoc ⁊ bonozantes beneficiare vt de amicis ipsis curantibus: ⁊ recte ⁊ bñ operantes. Qm̃ aũt hec oia sapienti maxie existunt nõ in manifestuz deo amantissimus est ergo: eundem autem verisimile ⁊ felicissimũ: quare ⁊ si sic erit sapiens maxie felix.

